Heb. in consumptione. *S.* in raritate. *LXX.* in defectu. *Vulg. in paucitate.*

29. *Hebr.* brevis spiritu. *LXX.* pusillanimis. *Alius*, parvi animi. *Vulg. impatiens.*

30. *Heb. Vulg.* invidia. *A. S. Th.* zelus. *LXX.* cor sensitivum.

31. *Hebr. A. S.* exprobravit. *LXX.* irritat. *Th.* blasphemavit. *Vul. exprobrat.*

Hebr. & honorat eum misereſcens egeni. *S.* honorat autem eum qui miseretur egeni. *LXX.* qui autem honorat eum, misereturinopis. *Vul. honorat autem eum qui miseretur pauperis.*

32. *Hebr. Alius, Vul.* expelletur. *Alius*, peribit. *LXX.* repelletur.

Heb. & sperans in morte sua justus. *A. S. Th.* fiduciam habet in morte sua justus. *LXX.* qui autem fidit suæ sanctitati justus. *Vulg. sperat autem justus in morte sua.*

33. *Heb. A. Th.* in corde intelligentis requiescet. *LXX.* in corde bono viri sapientia. *Vulg. in corde prudentis requiescit.*

Heb. cognoscetur. *A. Th.* cognoscitur. *LXX.* dignoscitur. *Vulg. erudiet.*

34. *Hebr.* & misericordia populorum, pec-

ἀμῦρίαι. O. ἐλαττοῦται δὲ φυλαὶ ἀμῦρίαι.

רצון 35. A. Σ. Θ. εὐδοκία. O. δεκτός.

ועברתו תהיה כביש O. τῇ δὲ ἑαυτῆ εὐτροφία ἀφαιρῆται ἀτιμίαν. Θ. ἡ θυμὸς αὐτῆ καταισχύνων.

catum. *S.* probrum vero populis sunt peccata. *LXX.* minuunt autem tribus peccata. *Vulg. miseros autem facit populos peccatum.*

35. *Heb. A. S. Th.* benevolentia. *LXX. Vulg.* acceptus est.

Hebr. & ira ejus erit confundens. *LXX.* sua autem agilitate aufert ignominiam. *Th.* & furor ejus pudefaciens. *Vul. iracundiam ejus inutilis fustinebit.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIV. Proverbiorum.

v. 2. A. Σ. Θ. ἐν αὐθύνοντι. Hæc & sequentia hujus Capitis habent Editio Romana & Drusius.

v. 3. Θ. ῥαβδίον ὑπερφρονίας. Sic in notis Edit. Romanæ. Illud vero Drusius Aquilæ tribuit, nescio unde expiscatus.

v. 7. LXX. legerunt בלי דעת

v. 15. A. γελῶμενος. Σ. πάντῃ, puto, singulis addendum esse πεφυκὼς πάντι λόγῳ. Non enim alio modo vertere potuisse videntur.

Ibid. A. συμπέτει τὸ βαθύμια αὐτῆ. Sic unus Regius.

PROVERBIORUM CAP. XV.

מענה־רך 1. Σ. ἀπόκρισις ἁπαλή. O. ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα. Θ. ἀποκρινόμενοι πυφερῶς.

דבר־עצב A. λόγος σκληρός. Σ. λόγος θρασύς. O. λόγος λυπηρός. Θ. λόγος πονικός.

יביע 2. A. Σ. ἀναβλύζ. O. ἀναπέλλει.

מרפא לשון 4. A. ὑγιασμὸς γλώσσης. O. ἴασις γλώσσης.

יגאץ 5. O. μυκτηρίζει. Αλλος, ὑφαυρίει.

מוסר 5. A. ἔλεγχος. O. ἐντολάς.

O. οἱ δὲ ἀσεβεῖς ὀλόῤῥιζοι ἐκ γῆς ἀπολοῦνται. Αλλος, λογισμοὶ δὲ ἀσεβῶν ἐκριζωθήσονται.

יזרו דעת 7. Σ. φυλάσσουσι γνῶσιν. O. δέδεται ἀφρόνησει.

לא־כן O. οὐκ ἀσφαλῶς. Αλλοι, οὐχ οὕτως.

ישרים 8. A. Σ. Θ. εὐθείων. O. κατευθυνόντων.

ורצונו O. δεκταί. Αλλος, ἡσυχαί.

מוסר רע לעזב ארח 10. O. παιδεία ἀκάκου γνωρίζεται ὑπὸ τῶν πρίόντων. Αλλος, πονηρὸν τῷ καταλιπόντι ὁδόν.

שאול ואבדון 11. Σ. ἐνώπιον κυρίου. O. φανερὰ πρὸ κύριον. Θ. ἐνώπιον κυρίου.

לץ 12. Σ. λοιμός. O. ἀπαίδευτος.

ידעה אולת 14. Σ. πτιμήσει ἀφρ[illegible] O. γνώσεται κακά.

כל־ימי עני רעים וטוב־לב משתה תמיד 15. Σ. πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῷ πτωχῷ πονηραί· ὁ δὲ

1. HEbr. S. Vulg. responsio mollis. *LXX.* responsio submissa. *Th.* qui respondent delicate.

Heb. verbum doloris. *A. Vulg.* sermo durus. *S.* sermo audax. *LXX.* sermo tristis. *Th.* sermo molestus.

2. *Hebr.* eructabit. *A. S.* scaturit. *LXX.* annuntiat. *Vulg. ebullit.*

4. *Heb.* remissio linguæ. *A.* benigna lingua. *LXX.* sanitas linguæ. *Vulg. lingua placabilis.*

5. *Hebr.* respuet. *LXX.* subsannat. *Alius, Vul.* irridet.

Hebr. correctionem. *A.* redargutiones. *LXX.* mandata. *Vulg. disciplinam.*

LXX. impii autem radicitus de terra peribunt. *Alius, Vulg.* cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

7. *Hebr.* spargent scientiam. *S.* custodiunt scientiam. *LXX.* alligata sunt sensu. *Vulg. disseminabunt scientiam.*

Heb. Alii, non sic. *LXX.* non securæ. *Vulg. dissimile erit.*

8. *Heb. A. S. Th.* rectorum. *LXX.* recte ambulantium. *Vulg. justorum.*

Heb. voluntas ejus. *LXX.* accepta. *Alius*, stabunt. *Vulg. placabilia.*

10. *H.* correptio mala relinquenti semitam. *LXX.* disciplina innocentis cognoscitur a prætereuntibus. *Alius*, malum relinquenti viam. *Vulg. doctrina mala deserenti viam.*

11. *Hebr. S. Th. Vulg.* coram Domino. *LXX.* manifesta apud Dominum.

12. *Heb.* illusor. *S. Vulg.* pestilens. *LXX.* indisciplinatus.

14. *Hebr.* pascetur stultitia. *S.* pascit iniquitatem. *LXX.* cognoscet mala. *Vul. pascitur imperitia.*

15. *Heb.* Omnes dies afflicti mali: & bonus corde convivium juge. *S.* Omnes dies pauperis mali: qui vero hilaris est, quasi in convi-

εὐθυμῶν ὡς ἐν πότῳ ἀμέτρῳ. Ο. πάντα τὰ χείνων οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν κακῶν ἐπιστρέφονται κακά· οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἡσυχάζουσι ἀμέτρως.

אהבה 17. Οἱ λοιποὶ, ἀγάπη. Ο. φιλίαν.

משור אבוס Ο. ἢ ἀπὸ ἕλκους μόχων. Θ. ὑπὲρ βοῦν σιτευτόν.

ערה 18. Α. ἐρεθίζει. Σ. ἀγείρει. Ο. ἀπὸ καθυβρίζει.

דרך עצל כמשכת חרך 19. Α. Θ. ὁδὸς ἀκάνθων... Σ. ὁδὸς ἀκανθῶν ὥσπερ φραγμὸς ἐξ ἀκάνθης. Ο. ὁδὸς ἀέργων ἐρωμένη ἀκάνθας.

ישרים Α. Σ. Θ. δικαίων. Ο. ἀνδρείων.

בוזה 20. Σ. ἀσθενίζει. Ο. μυκτηρίζει.

אולת שבחה לחסר־לב 21. Σ. ἀφροσύνη χαρὰ τῷ ἀνδρὶ φρενῶν. Ο. αἰσχύνη πείθει ἀνδρὸς φρενῶν.

הפר מחשבות באין סוד 22. Ο. διασκίδνανται λογισμοὶ οἱ μὴ τιμῶντες συνέδρια. Θ. ἀφανιεῖ διάζοντας λογισμοὺς μὴ ὄντος συμβουλίου.

וברב יועצים תקום Α. Σ. Θ. καὶ ἐν πλήθει συμβουλευόντων ἵσταται. Ο. ἐν δὲ καρδίαις βουλευομένων μένει βουλή.

טהרים 26. Σ. ἁγναί. Ο. ἁγνοί. Θ. καθαραί.

עכר ביתו 27. Ο. ἐξόλλυσιν ἑαυτόν. Αλλος, παροξύνει οἶκον αὐτοῦ.

בוצע בצע Σ. ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν. Ο. ὁ δωροληπτῶν.

מרשעים 29. Σ. ἀσεβείας. Ο. ἀπὸ ἀσεβῶν.

מאור־עינים 30. Α. φωτὸς ὀφθαλμῶν. Σ. φωτισμὸς ὀφθαλμῶν. Ο. φωτὸς ὀφθαλμός.
תדשן Ο. παχύνει. Αλλος, λιπαίνει.

אזן שמעת תוכחת חיים בקרב חכמים תלין 31. ※ ὁ Ἐλσακούων ἐλέγχους ζωῆς, ἐν μέσῳ σοφῶν αὐλισθήσεται.

ולפני כבוד ענוה 33. Σ. Θ. καὶ ἐμπροσθεν δόξης ταπεινότης. Ο. καὶ ἀρχὴ δόξης ἀποκρίνεται αὐτῇ.

ולפני כבוד ענוה Ο. καὶ ἀρχὴ δόξης ἀποκρίνεται. Αλλος, προάγεται δὲ ταπεινοῖς δόξα.

vio semper. *LXX.* Omni tempore oculi malorum suscipiunt mala: boni autem quiescunt semper. *Vulg. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi juge convivium.*

17. *Heb.* dilectio. *Reliqui*, caritas. *LXX.* amicitiam. *Vulg. cum charitate.*

H. præ bove saginato. *LXX.* quam appositio vitulorum. *Th.* supra bouem saginatum. *Vulg. quam ad vitulum saginatum.*

18. *Hebr.* excitabit. *A.* irritat. *S.* exacerbat. *LXX.* parat. *Vulg. provocat.*

19. *Heb.* via pigri velut sepes spinæ. *A. Th.* viæ pigrorum.... *S.* via pigri quasi sepes ex spina. *LXX.* viæ otiosorum stratæ spinis. *Vulg. Iter pigrorum quasi sepes spinarum.*

Heb. A. S. Th. rectorum. *LXX.* fortium. *Vul. justorum.*

20. *Heb.* despiciens. *S.* vilipendit. *LXX.* subsannat. *Vulg. despicit.*

21. *H.* stultitia lætitia carenti corde. *S.* stultitia lætitia carenti mente. *LXX.* dementis semitæ indigentes mente. *Vulg. stultitia gaudium stulto.*

22. *Heb.* infringere cogitationes in non secreto. *LXX.* differunt cogitationes qui non honorant confessus. *Th. Vulg.* dissipantur cogitationes ubi non est consilium.

Heb. A. S. Th. & in multitudine consiliariorum stabit. *LXX.* in cordibus autem consultantium manet consilium. *Vulg. ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.*

26 *H.* munda. *S.* casti. *LXX.* castorum. *Th.* mundi. *Vulg. purus sermo.*

27. *H.* turbans domum suam. *LXX.* disperdit seipsum. *Alius*, *Vulg.* conturbat domum suam.

Hebr. appetens concupiscentiam. *S.* qui avaritia tenetur. *LXX.* qui accipit munera. *Vulg. qui sectatur avaritiam.*

29. *H. LXX. Vul.* ab impiis. *S.* (ab) impietate.

30. *H. Vul.* lux oculorum. *A.* luminare oculorum. *S.* illuminatio. *LXX.* spectans oculus.

Heb. impinguabit. *LXX. Alius*, *Vulg.* impinguat.

31. *Heb.* Auris audiens increpationem vitæ, in medio sapientium commorabitur. ※ Audiens redargutiones vitæ, in medio sapientium manebit. *Vulg. Auris quæ audit increpationem vitæ, in medio sapientium commorabitur.*

33. *Heb.* & ante gloriam modestia. *S. Th.* & ante gloriam mansuetudo. *LXX.* & principium gloriæ respondebit ei. *Vul. & gloriam præcedit humilitas.*

Hebr. & ante gloriam modestia. *LXX.* & principium gloriæ respondebit ei. *Alius*, præit autem humilibus gloria. *Vulg. & gloriam præcedit humilitas.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XV. Proverbiorum.

v. 1. Σ. ἀπόκρισις ἀπαλὴ &c. Sic Editio Romana & Drusius, & in reliquis versiculis uno excepto qui notatur.

v. 5. Ο. εἰ δὲ ἀπαιδεύτως ἐλέγξει &c. Hæc quæ ab alio Interprete diverso modo enuntiantur, & in Vulgata quoque exprimuntur, non extant in Hebræo. Vulga-

ta alterum Interpretem a LXX. diversum sequitur.

v. 10. Ο. παιδεία ἀκάκου &c. mendose ut videtur ex κακῆ factum est ἀκάκου: nam Hebraïcum רע κακῆ postulat.

v. 17. Οἱ λοιποὶ, ἀγάπην. Sic unus Regius.

v. 31. ἡ ἀκουόμενον &c. Hunc versiculum haberi in uno Codice dicitur in Notis Edit. Romanæ.

v. 33. Ἀλλ. φοβηθήσῃ δὲ παιδείας δόξης. Hoc cum additamento post hæc verba τοῦ Ο. ἀποκρυβήσῃ αὐτῇ in uno Codice reperiri in Editione Romana dicitur. Esque haud dubie altera ejusdem loci versio quæ ut sæpe factum est, versioni τοῦ Ο. subjuncta fuit.

PROVERBIORUM CAP. XVI.

בל־דרכי־איש 2. Ο. πάντα τὰ ἔργα τοῦ ἀνθρώπου. Ἄλλος, πᾶσαν ὁδὸν ἀνδρός.

זך בעיניו A. καθαρεῖς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Ο. φανερὰ πρὸ τοῦ θεοῦ.

לא ימעל 10. A. Θ. οὐ πλημμελήσει. Σ. οὐκ ἀδικήσει. Ο. οὐ μὴ πλανηθῇ.

פלס ומאזני במשפט 11. A. σταθμὸς καὶ ζύγια δίκαια. Ο. ῥοπὴ ζυγοῦ δικαιοσύνη.

כל־אבני־כיס Ο. σάθμια δίκαια. Θ. πάντα σάθμια μαρσίππου.

כי בצדקה יכון 12. Σ. ἐν γὰρ δικαιοσύνῃ ἑδραιωθήσεται. Ο. μὴ γὰρ δικαιοσύνης ἑτοιμάζεται.

רצון 13. A. Θ. εὐδοκία. Σ. θέλημα. Ο. δικαιώματα.

באור־פני־מלך חיים 15. A. Σ. Θ. ἐν φωτὶ προσώπου βασιλέως ζωή. Ο. ἐν φωτὶ ζωῆς βασιλέως υἱός. Ἄλλος, υἱοῦ βασιλέως ζωή.

ורצונו A. καὶ ἡ εὐδοκία αὐτοῦ. Σ. καὶ ἡ εὐμένεια αὐτοῦ. Ο. οἱ δὲ προσδεκτοὶ αὐτοῦ.

שומר נפשו נצר דרכו 17. Ο. ὃς φυλάσσει τὰς ἑαυτοῦ ὁδοὺς, τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Θ. τηρεῖ ψυχὴν αὐτοῦ φυλάσσων ὁδοὺς αὐτοῦ.

לפני־שבר גאון 18. A. Ἐὰν προσώπου συντρι-βῆς ὑπερφέρεια. Ο. πρὸ συντριβῆς ἡμῖν ὑβρεις.

את־נאים 19. Ο. μὴ ὑβρισῶν. Ἄλλος, μὴ ὑπερφάνων.

לחכם־לב 21. Ο. σοφὸς καὶ συνετός. Ἄλλος, φρονίμους.

לקח 23. A. λῆψιν. Σ. Θ. ἀποδοχήν. Ο. ἀπαγγελσύνην.

מתוק לנפש ומרפא לעצם 24. Σ. Θ. γλυκασμὸς ψυχῆς καὶ ἴαμα ὀστέων. Ο. γλύκασμα δὲ αὐτῇ ἴασις ψυχῆς.

נפש עמל עמלה לו 26. A. ψυχὴ ποιοῦσα ἐπιθυμίαν ἑαυτῇ. Σ. ψυχὴ κοπιάσουσα ἐκοπίασεν ἑαυτῇ. Ο. ἀνὴρ ἐν πόνοις πονῇ ἑαυτῷ. Θ. ὁ ἐν

2. *Heb.* omnes viæ viri. *LXX.* omnia opera humilis. *Alius*, omnes viæ viri. *Vulg. omnes viæ hominis.*

Hebr. mundæ in oculis ejus. *A.* pellucidæ in oculis ejus. *LXX.* manifestæ apud Deum. *Vulg. patent oculis ejus.*

10. *Hebr. A. Th.* non transgredietur. *S.* non injuste aget. *LXX. Vulg.* non errabit.

11. *Heb.* statera & bilances judicii. *A.* pondus & stateræ justæ. *LXX.* momentum stateræ justitia. *Vulg. pondus & statera judicia.*

H. Th. omnes lapides marsupii. *LXX.* pondera justa. *Vulg. omnes lapides sæculi.*

12. *Hebr.* quia in justitia firmabitur. *S.* in justitia enim firmabitur. *LXX.* cum justitia enim paratur. *Vulg. quoniam justitiâ firmatur.*

13. *Hebr. A. Th.* benevolentia. *S. Vulg.* voluntas. *LXX.* accepta.

15. *Heb. A. S. Th.* in luce vultus Regis vita. *LXX.* in luce vitæ Regis filius. *Alius*, filii Regis vita. *Vulg. in hilaritate vultus Regis vita.*

Hebr. A. & benevolentia ejus. *S.* & bona affectio ejus. *LXX.* qui autem accepti sunt ei. *Vulg.* & *clementia ejus.*

17. *Hebr.* custodiens animam suam servans viam suam. *LXX.* qui custodit vias suas servat animam suam. *Th.* servat animam suam qui custodit vias suas. *Vulg. custos animæ suæ servat viam suam.*

18. *H.* ante contritionem superbia. *A.* ante contritionem elatio. *LXX.* ante contritionem præcedit contumelia. *Vulg. contritionem præcedit superbia.*

19. *Heb. Alius*, *Vulg.* cum superbis. *LXX.* cum contumeliosis.

21. *H.* sapiens corde. *LXX.* sapientes & intelligentes. *Alius*, prudentes. *Vulg. qui sapiens est corde.*

22. *Heb.* intelligentia. *A.* scientia. *S.* prudentia. *LXX.* cogitatio. *Vulg. eruditio.*

Heb. eruditio. *S.* cogitatio. *LXX.* disciplina. *Vulg. doctrina.*

23. *Heb. LXX.* doctrinam. *A.* acceptionem. *S. Th.* receptionem. *Vulg. gratiam.*

24. *Hebr.* dulcis animæ, & medela ossi. *S. Th.* dulcedo animæ, & medela ossium. *LXX.* dulcedo autem ejus sanitas animæ. *Vulg. dulcedo animæ, sanitas ossium.*

26. *Heb. A.* anima laborantis laboravit sibi. *S.* anima ejus qui laboravit, laboravit sibi. *LXX.* vir in laboribus laborat sibi ipsi. *Th.* qui in laboribus laborat sine mensura, attrahit

πόνοις ποσὶ ἁμάρτῃς, ἐπιπορεύσῃ θάνατον.

איש בליעל 27. Εβρ. βελίαλ. A. ἀὴρ ἀποστασίας. Σ. ἀνυπόστατος. Ο. ἀὴρ ἄφρων.

כאש צרבת Ο. θησαυρίζει πῦρ. Θ. ὡς πῦρ καῖον.

ישלח מדון 28. Σ.... μάχας. Ο. ἐξαπέμπεται κακά. Αλλος, ἀποστέλλει ἀδικίαν.

ונרגן מפריד אלוף A. τιθωσὴς... Σ. ὁ δὲ ψιθυριστὴς διαλλάσσει (al. διαστέλλει) ἡγούμενον. Ο. καὶ λαμπὰς δόλου πυροῦσα κακοῖς, καὶ διαχωρίζει φίλους. Θ. γόγγυσος.

יפתה רעהו 29. A. Θ. ἀπατήσει φίλον. Ο. ἀποπειρᾶται φίλων.

עצה 30. A. Θ. στρεῶν. Ο. σπείζων.

והפכורת Ο. διεγραμμένα. Αλλος, κακά.

קרץ שפתיו כלה רעה Ο. σείζει δὲ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ πάντα τὰ κακά. Αλλ. ὑποδάκνων δὲ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ σείζει πάντα τὰ κακά. A. Σ. Θ. κρίζων.

mortem. *Vulg. Anima laborantis laborat sibi.*

27. *Hebr. Lect.* Belial. *Hebr.* vir Belial. *A.* vir defectionis. *S.* intolerabilis. *LXX.* vir ſtultus. *Vulg. vir impius.*

Hebr. Th. ut ignis ardens. *LXX.* theſaurizat ignem. *Vulg. ignis ardeſcit.*

28. *Heb.* mittet contentionem. *S.* . . pugnas. *LXX.* tranſmittit mala. *Alius*, mittit contradictionem. *Vulg. ſuſcitat lites.*

Heb. & ſuſurrator dividens ducem. *A.* ſuſurro. . . *o. S.* ſimulator autem disjungit ducem. *LXX.* & facem doli accendet malis, & disjungit amicos. *Th.* murmurator. *Vulg. & verboſus ſeparat principes.*

29. *Heb. A. Th.* deeipiet amicum ſuum. *LXX.* palpat amicos. *Vulg. lactat amicum ſuum.*

30. *Heb.* claudens. *A. Th.* firmans. *LXX.* qui obfirmat. *Vulg. qui dittonitis (oculis.)*

Hebr. perverſitates. *LXX.* perverſa. *Alius*, mala. *Vulg. prava.*

H. annuens labiis ſuis perfecit malum. *LXX.* definit autem labiis ſuis omnia mala. *Alius*, morden, autem labia ſua, definit omnia mala. *A. S. Th.* vellicans. *Vulg. mordens labia ſua perficit malum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVI. Proverbiorum.

v. 1. Αλλος, πᾶσαι ὁδοὶ ἀνδρός. Hoc quaſi Scholion adfertur in Edit. Rom. & a Pruſio: eſtque, ut videtur, verſio Reliquorum Interpretum. Cæteræ hujus capitis lectiones ex Editione Romana prodeunt.

v. 28. Αλλος, διαστέλλει ἀντιδικίαν. Videtur omnino Aquilæ eſſe, qui פרץ ἀντιδικίαν vertit infra 19. 13. & alibi.

Ibid. Σ. ὑποκρύπτων διαχωρίζει. Suſpicatur Druſius, διαχωρίζει, mendoſe poſitum eſſe, & quidem recte. Sed ſubſtituendum putat διαχωρίζει; verum longe veriſimilius eſt lectum olim fuiſſe διαστέλλει, quod facile in διαχωρίζει muratum fuerit.

PROVERBIORUM CAP. XVII.

חרבה 1. A. ἀπεξηραμμένος. Ο. μεθ' ἡδονῆς. Θ. καθ' ἑαυτήν.

בבן מביש 2. Σ. Θ. υἱοῦ καθαιρουμένου. Ο. διαστροφὴ ἀφρόνων.

יחלק נחלה A. Σ. Θ. μεριεῖται κληρονομίαν. Ο. διελεῖται μάλη.

ובחן לבות יהוה 3. A. Σ. Θ. καὶ δοκιμάζων καρδίας κύριος. Ο. ἐκλελεῖαι καρδίαι πρὸς κύριον. Αλλος, ἐκλέγεται καρδίας κύριος.

חרף 5. A. Σ. Θ. ὠνείδισε. Ο. προξενεῖ.

ותפארת בנים 6. Σ. καὶ δόξα υἱοῦ. Ο. καύχημα δὲ τέκνων.

לא־נאוה 7. Σ. οὐ πρέπει. Ο. οὐχ ἁρμόσει.

לנדיב Ο. δικαίῳ. Θ. ἡγουμένῳ.

שפת A. χεῖλος. Ο. χείλη.

אבן־חן 8. Σ. ἆθλον. [χαείτων] Ο. μισθὸς χαείτων. Θ. λίθος.

ומשנה ברבר בפריד אלוף 9. Σ. ὁ δὲ δεύτερον

1. Ebr. Vulg. ſicca. *A.* ſiccata *LXX.* cum voluptate. *Th.* * * *

2. *Heb.* in filium confundentem. *S. Th.* filio pudefaciente. *LXX.* dominos ſtultos. *Vulg. filiis ſtultis.*

Heb. A. S. Th. dividet hæreditatem. *LXX.* dividet partes. *Vulg. hæreditatem dividet.*

3. *Heb. A. S. Th.* & probans corda Dominus. *LXX.* electa corda a Domino. *Alius*, eligit corda Dominus. *Vul. ita corda probat Dominus.*

5. *Heb. A. S. Th.* probro affecit. *LXX.* irritat. *Vul. exprobrat.*

6. *Heb. S. Vulg.* & gloria filiorum. *LXX.* gloriatio autem filiorum.

7. *Hebr.* non decorum. *S. Vul.* non de[illegible]t. *LXX.* non convenient.

Heb. liberali. *LXX.* juſto. *Th.* duct. *Vul principem.*

Heb. A. Vulg. labium. *LXX.* labia.

8. *Heb.* lapis gratiæ. *S.* pondus. *LXX.* merces gratiarum. *Th.* lapis. *Vulg. gemma gratiſſima.*

9. *Heb.* & iterans in verbo ſeparans ducem.

λόγου διχοχωρίζει συνήθειαν. Ο. ὃς δὲ μισεῖ κρύπτει μίσημα φίλους καὶ οἰκείους. Θ. καὶ διστρέφει ἐν λόγῳ, διορίζει ἡγεμόνα.

תחת גערה בבין מהבות כסיל מאה ιο. Α. πλῆξις ὑπομιμήσεως ὑπὲ συνιέντι. Ο. συντρίβει ἀπειλὴ καρδίαν φρονίμου, ἄφρων δὲ μαστιγωθεὶς οὐκ αἰσθάνεται. Θ. ἥξει ὑπόμνησις εἰς τὸ συνιέναι ἢ γὰρ ὁ πλῆξαι τὸ ἄφρονα.

ורי ιι. Σ. ἐρεθισμός. Ο. αἰπλοΐδιν. Θ. παραπικρασμόν.

אכזרי Σ. ἀσπλαγχνον. Ο. αἰσλεήμονα. Αλλος, ὠμόν.

פגוש דב שכול באיש ואל־כסיל באולתו ιι. Ο. ἐμπεσῆται μέλιττα αὐδρὶ νοήμονι, οἱ δὲ ἄφρονες ἀφροσυνῶται κακά. Θ. συνάντησαι ἀρκίῳ ἁρπαγμένῃ ἄνδρα, καὶ μὴ ἀσυνέτῳ ἐν ἀφροσύνῃ αὐτοῦ.

פותר מים ראשית מדון ιϛ. Ο. ἀφαιρεῖται δὲ ἡ εὐδοξίας ἔρις καὶ μάχη. Θ. ἀπολύων ὕδωρ ἀρχὴ μάχης.

למה־זה מחיר ביד כסיל ιϛ. Α. Σ. ἵνατί τοῦτο ἀπάλλαγμα ἐν χερὶ ἀσόφου. Ο. ἵνατί ὑπάρξει χρήματα ἄφρονι.

Ο. ἐμπεσῆται. Αλλος, ἐμποδίσεται.

בעל־ערן ιϛ. Ο. Εἰς πόντα κυμῆναι. Αλλ. Εἰς πόντα χεῖναι.

תקע כף ιϛ. Ο. ὑπικροτεῖ. Θ. ὑπικροτήσῃ χεῖρα.

מגביה פתחו מבקש־שבר ιθ. Σ. Θ. ὑψῶν θύραν αὐτοῦ, ζητῶν συντρίβειν. In Ο. vacat.

עקש־לב ιο. Σ. Ο. Θ. σκολιοκάρδιος.

נבל כא. Α. ἀπρόσεκτε. Σ. μωρῷ. Ο. ἀπαιδεύτῳ. Θ. ἀσυνέτῳ.

ישב גרה כβ. Σ. ἀγαθωσύνη ἡλικίαν. Ο. δύναται πολύ.

ורוח נכאה Α. ἡ πτῶμα πεπληγμένον. Σ. ἡ πτῶμα. πεπατημένον. Ο. ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ. Θ. ἡ πτῶμα κατατεταγμένον.

צדיק כγ. Ο. ἀδίκως. Αλλος, ἀσεβής.

אדם־פני יבין חכמה כδ. Σ. ἐν πρόσωπον συνετοῦ σοφία. Ο. πρόσωπον συνετὸν ἀνδρὸς σοφοῦ.

מכאוב כε. Α. Σ. πικρασμόν. Ο. ὀδυνῶν. Θ. πικρασμός.

נדיבים כϛ. Σ. ἐκουσταζόμενον. Ο. δυναστας.

S. qui vero iterat verbum, disjungit consuetudinem. *LXX.* qui autem odit celare, dividit amicos & domesticos *Th.* & qui iterat in sermone, dividit ducem. *Vulg. qui altero sermone repetit, separat fœderatos.*

10. *Heb.* Descendet increpatio in intelligentem, præ percutere stultum centies. *A.* Percussio increpationis in intelligente. *LXX.* Conterunt minæ cor prudentis, stultus autem flagellatus, non sentit. *Th.* Venit increpatio in intelligentem, magis quam si percutiatur stultus. *Vulg. Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.*

11. *Hebr.* rebellio. *S.* irritationes. *LXX.* contradictionem *Th.* exacerbationem. *Vul. jurgia.*

H. Vul. crudelis. *S.* immitem. *LXX.* immisericordem. *Alias*, crudelem.

12. *H.* Occurrere ursum orbatum in virum, & non stultum in stultitia sua. *LXX.* Incidet sollicitudo viro intelligenti: stulti autem excogitabunt mala. *Th.* Occurrere ursæ orbatæ virum, potius quam stulto in amentia ejus. *Vul. Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti in stultitia sua.*

14. *Hebr.* Aperiens aquas principium contentionis. *LXX.* Præcedit autem egestatem contentio & jurgium. *Th.* Solvens aquam, initium pugnæ. *Vul. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum.*

16. *H.* Ut quid hoc pretium in manu stulti? *A. S.* Cur hæc commutatio in manu amentis? *LXX.* Ut quid sunt divitiæ stulto? *Vulg. Quid prodest stulto habere divitias?*

LXX. incidet. *Alius*, impedietur.

17. *Hebr.* in omni tempore. *LXX. Alius*, in omne tempus. *Vulg. omni tempore.*

18. *Hebr.* percutiens volam. *LXX.* plaudit. *Th.* plaudet manu. *Vulg. plaudet manibus.*

19. *Heb. S. Th.* elevans ostium suum, quærit contritionem. *In LXX. vacat. Vul. & qui exaltat ostium, quærit ruinam.*

20. *Heb. S. LXX. Th.* perversus corde. *Vulg. qui perversi cordis est.*

21. *Heb.* stulti. *A.* effluenti. *S.* stulto. *LXX.* indisciplinato. *Th.* stolido. *Vul. fatuo.*

22. *H.* benefaciet medicina. *S.* bonam reddit ætatem. *LXX.* bene habere facit. *Vul. ætatem floridam facit.*

Heb. & spiritus contritus. *A.* & spiritus percussus. *S.* & spiritus humiliatus. *LXX.* viri autem tristis. *Th.* & spiritus compunctus. *Vulg. spiritus tristis.*

23. *Hebr. Alius*, *Vul.* impius. *LXX.* injuste.

24. *Heb.* cum facie intelligentis sapientia. *S.* in vultu intelligentis sapientia. *LXX.* vultus intelligens viri sapientis. *Vulg. in facie prudentis lucet sapientia.*

25. *Hebr.* amaritudo. *A. S.* exacerbans. *LXX. Vul.* dolor. *Th.* exacerbatio.

26. *Hebr.* magnificos. *S.* spontaneum. *LXX.* magnatibus. *Vul. principem.*

על־יושר A. ἐπὶ δίκῃ. O. δικαίως.

יודע דעת 27. A. ἐπιστήμων. O. ἐπιγνώμων. Alm. γινώσκει γνῶσιν.

גם אויל מחריש חכם יחשב 28. A. Σ. καὶ ὁ ἄφρων καφεύων, σοφὸς λογισθήσεται. O. ὡσαύτως ἐπερωτήσαντι σοφίαν σοφία λογισθήσεται.

אטם שפתיו נבון A. Θ. βύων...O. σιτὸν δέ τις ἑαυτὸν ποιήσας, δόξει φρόνιμος εἶναι. Alm. φιμῶν χείλη αὐτῦ, συνετός.

Heb. A. ſuper rectitudinem. *LXX.* juſtis. *Vul. qui recta judicat.*

27. *Hebr.* ſciens ſcientiam. *A.* peritus. *LXX.* bene ſentiens. *Alius*, novit ſcientiam. *Vulg. doctus & prudens eſt.*

28. *Heb.* etiam ſtultus tacens, ſapiens reputabitur. *A. S.* etiam ſtultus ſi mutus ſit, ſapiens reputabitur. *LXX.* ſtulto interroganti ſapientiam, ſapientia reputabitur. *Vul. ſtultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur.*

Heb. obturans labia ſua intelligens. *A. Th.* obſtruens.... *LXX.* mutum autem quis ſe faciens, videbitur prudens eſſe. *Alius*, qui fræno comprimit labia ſua, intelligens. *Vulg. & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVII. Proverbiorum.

v. 1. 8. ἀναξιαμένῳ. Θ. καθ' ἑαυτόν. Sic Editio Romana & Druſius, unde omnes hujus Capitis lectiones mutuantur. Suſpicor autem illud, καθ' ἑαυτὸν ex verſione Theodotionis ad ſequentes Hebraïcas voces מה ומלוה pertinere.

v. 16. O. ἐμπεσοῦται. ΑΛΛΩ, ἐμπεδήσεται. Hæc vox ἐμπεσεῖ, ac tota pars poſtrema hujus verſus, quæ habetur in ΟΙΣ O. non exprimitur in Hebræo. Sed aliunde tranſlata videtur. ἐμπεδήσει vero eſſe poteſt varia τῶν O. lectio.

PROVERBIORUM CAP. XVIII.

להאוה 1. A. Σ. Εἰς ἐπιθυμίαν. O. πρόφασις [ζητεῖ.]

לא־יחפץ כסיל בתבונה 2. A. οὐ βουλήσεται ἄφρων ὁ φρονήσει. O. οὐ χρείαν ἔχει σοφίας ὁ δεὴς φρενῶν.

בבוא רשע בא גם־בוז 3. A. Σ. Θ. ὁ τοῦ ἐλθεῖν ἀσεβῆ, ἦλθε καὶ ἐξουδένωσις. O. ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν καταφρονεῖ.

מים עמקים דברי פי 4. O. λόγος ἐν καρδίᾳ. Alius, λόγος στόματι.

נבע A. Σ. ἀναβλύζων. O. ἀναπηδᾷ. Θ. ἀνομβρῶν.

מקור חכמה A. φλέψ σοφίας. Σ. Θ. (πηγὴ) σοφίας. O. πηγὴ ζωῆς.

שאת 5. A. Σ. Θ. λαβεῖν. O. θαυμάσαι.

בריב 6. A. ἐν δικαίᾳ. Σ. Εἰς μάχην. O. Εἰς κακά.

מחתה 7. A. Σ. Θ. πτῶξις. O. συντελεία.

מוקש A. Σ. Θ. σκῶλον. O. παγίς.

מתרפה 9. A. νωχελεύόμενος. Σ. ῥαθυμούμενος. O. ὁ μὴ ἰώμενος ἑαυτόν. Θ. ἀνιεμένος.

מגדל עוז 10. A. Θ. πύργος κράτους. O. ἐκ μεγαλωσύνης ἰσχύος. Alm. ἐκ μεγάλους ἔργων.

בו־ירוץ צדיק ונשגב A. Σ. Θ. ἐν αὐτῷ δραμὼν δίκαιος, ὑψωθήσεται. O. αὐτῷ δὲ προσδραμόντες δίκαιοι ὑψωθήσονται.

1. HEbr. A. S. ad deſiderium. *LXX. Vulg.* occaſiones (quærit).

2. *Hebr.* non volet ſtultus in intelligentia. *A.* non volet ſtultus in prudentia. *LXX.* non opus habet ſapientia is qui indiget mente. *Vulg. non recipit ſtultus verba prudentiæ.*

3. *Hebr. A. S. Th.* in veniendo impium venit etiam contemtus. *LXX.* Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit. *Vul. Impius, cum in profundum veneris peccatorum, contemnit.*

4. *Hebr.* verba oris. *LXX.* verbum in corde. *Alius*, verbum ore. *Vulg. verba ex ore.*

H. A. S. ſcaturiens. *LXX.* ſcaturit. *Th.* effundens. *Vulg. redundans.*

Hebr. S. Th. Vul. fons ſapientiæ. *A.* vena ſapientiæ. *LXX.* fons vitæ.

5. *H. A. S. Th. Vulg.* accipere. *LXX.* mirari.

6. *Hebr.* in litem. *A.* in lite. *S.* ad pugnam. *LXX.* in mala. *Vulg. rixis.*

7. *H. LXX. Vul.* contritio. *A. S. Th.* conſternatio.

Hebr. LXX. laqueus. *A. S. Th.* offendiculum. *Vulg. ruina.*

9. *H.* remittens ſe. *A.* qui ſegnis eſt. *S.* qui coarctatur. *LXX.* qui non medetur ſibi. *Th.* remiſſus. *Vulg. qui mollis & diſſolutus eſt.*

10. *H.* turris fortitudinis ejus. *A. Th.* turris potentiæ. *LXX.* ex magnitudine fortitudinis. *Alius*, ex magnitudine operum. *Vul. turris fortiſſima.*

Heb. in ipſam curret juſtus & exaltabitur. *A. S. Th.* in eo curret juſtus & exaltabitur. *LXX.* ei autem accurrentes juſti exaltantur. *Vulg. ad ipſum currit juſtus & exaltabitur.*

קרית עז 11. Σ. πόλις ἰσχύος αὐτῦ. Ο. πόλις ὀχυρά.

ולפני־כבוד ענוה 12. Σ. Θ. καὶ ἔμπροσθεν δόξης ταπείνωσις. Ο. καὶ πρὸ δόξης ταπεινοῦται.

רוח איש יכלכל מחלהו 14. Α. Θ. πνεῦμα ἀνδρὸς διοικήσῃ ἀῤῥωστίαν αὐτῦ. Ο. θυμὸν ἀνδρὸς φρονίμου θεράπων φρόνιμος.

ורוח נכאה מי ישאנה Ο. ὀλιγόψυχον δ' ἄνδρα τίς ὑποίσῃ. Θ. καὶ πνεῦμα πεπληγμένον τίς ὑποίσει αὐτό.

ולב־נבון יקנה־דעת 15. Σ. κλήσεται γνῶσιν. Ο. κλᾶται αἴσθησιν.

ודעת Α. Σ. Θ. γνῶσιν. Ο. ἔννοιαν.

בריבו 17. Σ. ἐν κρίσει αὐτῦ. Ο. ἑαυτῦ κατήγορος.

ישבית הגורל 18. Ο. παύει σιγηρός. Αλλ. παύει κλῆρος.

יפריד Α. ἀφελεῖται. Σ. Θ. διαιτᾷ. Ο. ὁρίζει.

אח נפשע מקריית־עז ומדונים כבריח ארמון 19. Α. ἀδελφὸς ἀθετούμενος ἀπὸ πόλεως κραταιᾶς, ἡ δίκασις ὡς μοχλὸς βάρεως. Ο. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ἰσχυρὰ ἡ ὑψηλὴ, ὡς τετειχισμένον βασίλειον. Αλλος, ὡς μεμοχλευμένον βασίλειον.

תבואת שפתיו ישבע 20. Σ. τὰ γενήματα τῦ χείλεως αὐτοῦ ἐμπλησθήσεται. Ο. ἀπὸ δὲ καρπῶν χείλεων αὐτῦ ἐμπλησθήσεται.

ואהביה 21. Α. Σ. ἀγαπῶντες. Ο. κρατοῦντες αὐτῆς.

מצא טוב 22. Ο. εὗρε χαρίτας. Αλλος, εὗρε ἀγαθόν.

רצון Α. Σ. Θ. εὐδοκίαν. Ο. ἱλαρότητα.

11. *Hebr. S.* urbs fortitudinis ejus. *LXX.* urbs munita. *Vulg. urbs roboris ejus.*

12. *Heb. S. Th.* & ante gloriam manſuetudo. *LXX.* & ante gloriam humiliatur. *Vul. & antequam glorificetur, humiliatur.*

14. *Hebr.* Spiritus viri ſufferet infirmitatem ejus. *A. Th.* Spiritus viri curabit morbum ejus. *LXX.* Furorem viri mitigat ſervus prudens. *Vulg. Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam.*

Heb. & ſpiritum contritum quis feret eum? *LXX.* puſillanimem autem virum quis ſuſtinebit? *Th.* & ſpiritum percuſſum quis portabit illum? *Vulg. ſpiritum vero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?*

15. *Heb.* acquiret ſcientiam. *S. Vulg.* poſſidebit ſcientiam. *LXX.* poſſidet ſenſum.

Heb. A. S. Th. ſcientiam. *LXX.* cogitationem. *Vul. doctrinam.*

17. *Hebr.* in lite ſua. *S.* in judicio ſuo. *LXX. Vulg.* accuſator ſui.

18. *Heb.* ceſſare faciet ſors. *LXX.* ſedat taciturnus. *Alius*, ceſſare facit ſors. *Vul. comprimit ſors.*

Hebr. S. Th. dividet. *A.* derelinquet. *LXX.* definit. *Vulg dijudicat.*

19. *Heb.* Frater rebellans præ civitate forti: & contentiones ſicut vectis palatii. *A.* Frater rejectus ab urbe valida, & litigium ut vectis domus. *LXX.* Frater a fratre adjutus, tamquam urbs munita & excelſa, quaſi fundata regia domus. *Alius*, quaſi vectibus munita regia domus. *Vul. Frater, qui adjuvatur a fratre, quaſi civitas firma.*

20. *H.* proventu labiorum ſuorum ſaturabitur. *S.* proventibus labiorum ſuorumim plebitur. *LXX.* a fructibus autem labiorum ſuorum implebitur. *Vul. genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum.*

21. *Hebr.* & diligens eam. *A. S.* diligentes. *LXX.* tenentes eam. *Vulg. qui diligunt eam.*

22. *Heb. Alius*, *Vul.* invenit bonum. *LXX.* invenit gratias.

Hebr. A. S. Th. benevolentiam. *LXX.* hilaritatem. *Vulg. jucunditatem.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVIII. Proverbiorum.

v. 1. A. Σ. εἰς ἐπιθυμίαν. Editio Romana & Druſius, unde mutuamur omnia hujus Capitis.

v. 9. A. πολεμοῦσιν &c. Vide infra Prov. 24. 30.

PROVERBIORUM CAP. XIX.

תסלף 3. Α. Σ. διαστρέφει. Ο. λυμαίνεται. Θ. σκελίζει.

ועל־יהוה יזעף לבו Σ. καὶ κατὰ κυρίου ὀργισθήσεται ἡ καρδία αὐτῦ. Ο. τὸ δὲ θεῖον αἰτιάσεται τῇ καρδίᾳ αὐτῦ.

יפרד 4. Σ. χωρίζεται. Ο. λείπεται.

3. HEbr. pervertet. *A. S.* diſſipabit. *LXX.* vaſtat. *Th. Vulg.* ſupplantat.

Heb. & ſuper Dominum ſæviet cor ejus. *S.* & contra Dominum iraſcetur cor ejus. *LXX.* Deum autem accuſat corde ſuo. *Vul. & contra Deum fervet animo ſuo.*

4. *H.* ſeparabitur. *S.* ſeparatur. *LXX.* deſeritur. *Vul. ſeparantur.*

לא ינקה 5. A. Σ. Θ. οὐκ ἀθωωθήσεται. O. οὐκ ἀτιμώρητος ἔσαι.

לא ימלט A. Σ. οὐ σωθήσεται. O. οὐ μὴ φύξεται.

וכל־רע לאיש מתן 6. Σ. καὶ πᾶς φίλος ἀνδρὸς δωμάτων. O. πᾶς δὲ ὁ κακὸς γίνεται ὄνειδος ἀνδρί.

מרוץ 7. O. ἐρεθίζει. Αλλ. σβέννυσι.

לב 8. O. φρήνας. Αλλος, καρδίαν.

לא־נאוה 10. Σ. οὐ πρέπει. O. οὐ συμφέρει.

כי־לעבד משל בשרים O. καὶ ἐὰν οἰκέτης ἄρξηται μετ' ὕβρεως δυναστεύειν. Θ. σὺ δὲ δούλῳ ἄρχοντι μὴ ἐξουσίαζε ἄρχοντι. Οἱ λοιποὶ, δεσπότου, δυνάστου.

שכל אדם האריך אפו 11. A. Θ. φρήνησις ἀνδρὸς μακροθυμία αὐτοῦ. O. ἐλεήμων ἀνὴρ μακροθυμεῖ

ותפארתו עבר על־פשע A. καὶ κύγχοις αὐτοῦ παρέρχεσθαι ὑπὲρ ἀδικίαν. Σ. ἡ ἀγλαΐσμα αὐτοῦ ὑπερβαίνειν ἀδίκημα. O. ὃ δὲ καύχημα αὐτοῦ ἐπέρχεται παρανόμοις. Αλλος, δικαίου καύχημα ὑπερήσασθαι παρανόμους.

נהם 12. O. βρυγμῷ. Αλλος, τετραγμῷ.

רצונו A. Σ. Θ. εὐδοκία. O. ὃ ἱλαρόν.

רהה 13. A. Θ. ὀπτασία. Σ. ὀδυνῶν. O. αἰσχυνῶν.

ודלף טרד מריבי אשה A. καὶ σταγὼν σταγόνος ἀδικίαι γυναικός. Σ. ἡ σταγόνες καταπονοῦσαι μάχαι γυναικός. O. οὐχ ἁγναὶ δίκαι ἀπὸ μισθώματος ἑταίρας.

אשה משכלת 14. A. Θ. γυνὴ ὀπτήμων. Σ. γυνὴ σωφρονοῦσα. O. γυνὴ φρόνιμος.

עצלה תפיל תרדמה 15. A..... καταφορά. Σ. Θ. ἀκηρία ὑπερβάλλει ἔκστασιν. O. ἀθυμία κατέχει ἀνδρόγυνον.

ונמלו ישלם־לו 17. Σ. Θ. καὶ ὃ ἀνταπόδομα αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ. O. καὶ δὲ ὃ δόμα αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ.

ואל־תשא נפשך 18. A. καὶ μὴ ὃς ὃ θανατῶσαι αὐτὸν μὴ ἄρῃς ψυχήν σου. O. Εἰς δὲ ὕβριν μὴ ἐπαίρου τῇ ψυχῇ σου.

גדל־חמה 19. O. καυχῶν. Θ. μεγαλόθυμος.

כי אם־תציל ועוד תוסף A. Θ. ὅτι ἐὰν ἀφέλῃς, (al ῥύσῃ) καὶ ἔτι προσθήσει. O. ἐὰν δὲ λοιμεύσῃται, καὶ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ προσθήσει.

5. *Heb.* Non erit impunis. *A. S. Th.* Non feret impune. *LXX.* Non impunitus erit. *Vulg. Non erit impunitus.*

Heb. non evadet. *A. S.* non ſalvabitur. *LXX. Vul.* non effugiet.

6. *Hebr.* & quivis amicus viro doni. *S.* & omnis amicus eſt viri donorum. *LXX.* omnis autem malus fit opprobrium viro. *Vulg. & amici ſunt dona tribuentis.*

7. *Heb.* ſequens. *LXX.* contendit. *Alius*, perfodit. *Vul. ſectatur.*

8. *Hebr. Alius*, cor. *LXX.* prudentiam. *Vulg. mentis.*

10. *Heb.* non decora eſt. *S.* non decet. *LXX.* non conferunt. *Vul. non decent.*

H. quia ſervum dominari in principes. *LXX.* & ſi ſervus incipiat cum contumelia dominari. *Th.* neque ſervo dominari principi. *Reliqui*, domini, dynaſtæ. *Vulg. nec ſervum dominari principibus.*

11. *H.* Intellectus hominis prolongavit iram ejus. *A. Th.* Prudentia hominis longanimitas ejus. *LXX.* Miſericors vir longanimis eſt. *Vulg. Doctrina viri per patientiam noſcitur.*

Heb. & gloria ejus tranſire ſuper prævaricationem. *A.* & gloriatio ejus tranſire ſuper prævaricationem. *S.* & ornamentum ejus tranſire ſuper injuriam. *LXX.* gloriatio autem ejus ſupervenit iniquis. *Alius*, juſti gloriatio punire iniquos. *Vulg. & gloria ejus eſt iniqua pretergredi.*

12. *Hebr.* rugitus. *LXX.* rugitui. *Alius*, gemitui. *Vulg. fremitus.*

Heb. A. S. Th. benevolentia ejus. *LXX. Vul.* hilaritas.

13. *Hebr.* contritiones. *A. Th.* inſidiæ. *S. Vul.* dolor. *LXX.* confuſio.

H. & ſtillatio continuans contentiones mulieris. *A.* & ſtillicidium continuum (*vel* repentinum,) lites mulieris. *S.* & ſtillæ celeres pugnæ mulieris. *LXX.* non pura vota de mercede meretricis. *Vul. & tecta jugiter perſtillantia litigioſa mulier.*

14. *Heb. S.* mulier intelligens. *A. Th.* mulier ſciens. *LXX.* mulier viro. *Vulg. uxor prudens.*

15. *H.* Pigritia cadere facit ſoporem. *A.* profundum ſomnum. *S. Th.* pigritia injicit extaſim. *LXX.* ſegnities detinet effœminatum. *Vul. pigredo immittit ſoporem.*

17. *Heb.* & retributionem ejus reddet ei. *S. Th.* ſecundum retributionem ejus reddet ei. *LXX.* ſecundum donum ejus reddet ei. *Vul. & viciſſitudinem ſuam reddet ei.*

18. *Hebr.* & ad fremitum ejus ne eleves animam tuam. *A.* & ad occidendum eum ne tollas animam tuam. *LXX.* ad contumeliam autem ne eleveris animo tuo. *Vul. ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.*

19. *Hebr.* magnus ira. *LXX.* male affectus. *Th.* magnanimus. *Vulg. qui impatiens eſt.*

Heb. quia ſi erueris, & adhuc addes. *A. Th.* quia ſi abſtuleris, & adhuc addet. *LXX.* ſi autem corruperit, & animam ſuam addet. *Vul. & cum rapuerit, aliud apponet.*

שבע עצה וקבל מוסר 20. Σ. ἀκούων βελῆς δεδιδάξεται παιδείαν. Ο. ἄκουε γὰρ παιδείαν πατρός σου.

ושבע ילין בל־יפקד רע 23. Ο. ὁ δὲ ἄφοβος αὐλισθήσεται ἐν τόποις, οὗ οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη. Αλλος, πλανώμενος ἢ ἐμπλησθεὶς αὐλισθήσεται ἄνευ ἐπισκοπῆς πονηρᾶς.

בצלחת 24. Α. μασχάλῃ. Σ. μάλῃ. Ο. κόλπον.

וישיבנה Ο. ἐπιστρέψει. Αλλοι, ἐπισπάσῃ.

פתי 25. Α. πολυτρόπους. Ο. ἄφρων.

רעת Α. Σ. Θ. γνῶσιν. Ο. αἴσθησιν.

יברח 26. Α. ἀποδιδράσκων. Ο. ἀπωθούμενος.

חדל־בני 27. Οἱ λοιποὶ, ἔκλειπε υἱέ μου. Ο. υἱὸς ἀπολιπόμενος.

עד בליעל 28. Α. Θ. μάρτυς πλάνος. Ο. ὁ ἐξυβρίζων παῖδα ἄφρονα.

ולץ משפט Α. Θ. χλευάσῃ κρίσιν. Ο. καθυβρίσει δικαίωμα.

רשעים יבלע אן Α. Θ. αἰσχύνην καταπίεται, καταποντίσῃ. Σ.... αἰσχύνας. Ο. ἀσεβῶν καταπίεται κρίσις.

ללצים 29. Α. χλευασταῖς. Σ. λοιμοῖς. Ο. ἀκολάστοις.

והלמות לגו כסילים Σ. σφυροκοπίαι... Ο. πληγαὶ ὁμοίως ἄφροσιν. Θ. συγκλάσεις νώτῳ αἰσχύντων.

20. *H.* Audi consilium, & suscipe correptionem. *S.* Audiens consilium, suscipiet disciplinam. *LXX.* Audi, fili, disciplinam patris tui. *Vulg. Audi consilium, & suscipe disciplinam.*

23. *Hebr.* & satur commorabitur, non visitabitur malo. *LXX.* carens autem timore morabitur in locis, ubi non consideratur scientia. *Alius*, errans & repletus, manebit sine visitatione mala. *Vulg. in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima.*

24. *H.* in axilla. *A.* axillam. *S.* axilla. *LXX.* sinum. *Vulg. sub asella.*

Hebr. reducet eam. *LXX.* admovebit. *Alii*, adducet. *Vulg. applicat.*

25. *Hebr.* simplex. *A.* delinitus. *LXX. Vulg.* stultus.

Heb. A. S. Th. scientiam. *LXX.* sensum.

26. *Heb.* fugabit. *A.* aufugiens. *LXX.* qui expellit. *Vul. fugat.*

27. *Heb.* cessa, fili mi. *Reliqui*, vaca, fili mi. *LXX.* filius omittens. *Vul. Non cesses, fili.*

28. *Heb.* testis Belial. *A. Th. Vulg.* testis iniquus. *LXX.* qui spondet puerum imprudentem.

Hebr. A. Th. deridebit judicium. *LXX.* contumelia afficiet justificationem. *Vulg. derides judicium.*

Hebr. impiorum, deglutiet iniquitatem. *A. Th.* iniquorum, devorabit, demerget. *S...* iniquitatem. *LXX.* impiorum, devorabit judicia. *Vulg. impiorum, devorat iniquitatem.*

29. *Heb. A. Vul.* derisoribus. *S.* pestilentibus. *LXX.* intemperantibus.

Heb. & percussiones tergo stultorum. *S.* percussiones... *LXX.* supplicia similiter imprudentibus. *Th.* confractiones tergo amentium. *Vul. & mallei percutientes stultorum corporibus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIX. Proverbiorum.

v. 3. A. Σ. διαστρέφει. Edit. Romana & Drusius, qui cæteras hujus Capitis lectiones nobis suppeditarunt.

v. 21. Αλλ..... ἐπιστοπῆς ποιμῆς. Est Aquilæ aut Theodotionis, ut quidem videtur. Consule Lexicon Græcum in voce ἐπιστοπή, & Hebraïcum in קפד Hebraïcum habet דין־קפד, LXX. vero qui verterunt, καὶ ἐπιστοπῇ γνώσης, legerunt haud dubie ultimam vocem דין vel דעת γνώσης.

v. 28. A. Θ νόμῳ κατασκῇ, καθαιρετῶ. Drusius sic. Vox νόμῳ haud dubie corrupta est, pro ἀνόμων. Reliqua vero sic intelligenda, ut Aquila, καθαιρῇ, Theodorio autem καθαιρετῇ, verterit.

v. 29. Ο. ὁμοίως ἄφροσιν. Legendum prorsus videtur, ὁμοίως ἄφροσιν.

PROVERBIORUM CAP. XX.

לין היין 1. Α. Θ. χλευασὴς οἶνος. Σ. λοιμὸς οἶνος. Ο. ἀκόλαστον οἶνος. Αλλ. ἀπαιδευσία οἶνος.

ובל־שגה בו לא יחכם Ο. πᾶς ὁ ἄφρων τοιούτοις συμπλέκεται. Αλλος, πᾶς ὁ ὁ λυμαινόμενος οὐκ ἔσται σοφός.

נהם 2. Ο. ὀχμός. Αλλος, βρυγμός.

1. *Heb. A. Th.* derisor vinum. *S.* pestilens vinum. *LXX.* dissolutum est vinum. *Alius*, indisciplinata res vinum *Vul. luxuriosa res est vinum.*

Heb. & omnis errans in eo non erit sapiens. *LXX.* omnis autem stultus talibus complicatur. *Alius*, omnis autem corruptus, non erit sapiens. *Vulg. quicumque his delectatur, non erit sapiens.*

2. *H.* rugitus. *LXX.* a furore. *Alius*, a rugitu. *Vulg. sicut rugitus.*

מהעברו A. Σ. Θ. ὑπερβαίνων. O. προξενῶν.

Heb. ſuccenſens ei. *A. S. Th.* ſupergrediens. *LXX.* qui irritat. *Vulg. qui provocat.*

שבת מריב 3. A. καθίσαι ἀπὸ ἀιτιδικαίας. Σ. ἀποχωρῆσαι ἀπὸ ἀνδίας. O. ἀποτρίψεσθαι ῥαιδιρίας.

3. *H.* conſidere a lite. *A.* ſuperſedere a litigatione. *S.* ſecedere a moleſtia. *LXX.* averſari contumeliam. *Vul. qui ſeparat ſe a contentionibus.*

יתולע A. ἀξιοθεωθήσεται. Σ. ἀποκαλυφθήσεται. O. συμπλέκεται.

H. miſcebit ſe. *A.* contumelia afficietur. *S.* revelabitur. *LXX.* complicatur. *Vul. miſcentur.*

מחרף עצל לא יחרש וישאל בקציר ואין 4. Σ. διὰ ψῦχος ὀκνηρὸς οὐκ ἀεργεισάσει, καὶ αἰτήσει ἐν ἀμήτῳ καὶ οὐκ ἔσται. O. ὀνειδιζόμενος ὀκνηρὸς οὐκ αἰσχύνεται, ὡσαύτως καὶ ὁ δανιζόμενος ἔστω ἐν ἀμήτῳ.

4. *Heb.* Propter hiemem piger non arabit poſtulabit in meſſe, & non. *S.* Propter frigus piger non arabit, & poſcet in meſſe, nec inveniet. *LXX.* Exprobratus piger non confunditur: ſimiliter & qui fœnore accipit frumentum in meſſe. *Vulg. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.*

ואיש אמונים מי ימצא 6. A. Σ. Θ. ἄνδρα δὲ πιστὸν τίς εὑρήσει. O. ἄνδρα ὃ πιστὸν ἔργον εὑρεῖν.

6. *Heb.* & virum veritatum quis inveniet? *A. S. Th. Vulg.* virum autem fidelem quis inveniet? *LXX.* virum autem fidelem opus eſt invenire. *i.* difficile eſt.

מזרה 8. O. οὐκ ἀναπῦται. Θ. λικμᾷ.

8. *Heb.* diſpergens. *LXX.* non adverſatur. *Th.* ventilat. *Vulg. diſſipat.*

מי יאמר זכיתי לבי טהרתי מחטאתי 9. Σ. τίς ἐρῇ, ἐλάμπρυνα τὴν καρδίαν μου, κεκαθάρισμαι ἀπὸ ἁμαρτίας μου. O. τίς καυχήσεται ἁγνὸν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας;

9. *H.* Quis dicet: Mundavi cor meum, mundus ſum a peccato meo? *S.* Quis dicet: Lucidum reddidi cor meum, mundatus ſum a peccato meo? *LXX.* Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis confidenter dicet ſe mundum eſſe a peccato? *Vul. Quis poteſt dicere: Mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato?*

יתנכר־נער 11. Σ. ὑπηρεσιασθήσεται νέος. O. συμποδισθήσεται νεανίσκος. Ἄλλοι, ὑποσκελισθήσεται.

11. *Hebr.* cognoſcetur puer. *S.* cognoſcetur juvenis. *LXX.* compedietur adoleſcens. *Alii*, ſupplantabitur. *Vul. intelligitur puer.*

אם־זך ואם־ישר פעלו O. μὴ ὁσία, καὶ δικαία ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. Θ. Εἰ λαμπρὰ καὶ δικαία ἐργασία αὐτοῦ.

Heb. utrum mundum, & utrum rectum opus ejus. *LXX.* cum ſancto, & recta via ejus. *Th.* ſi ſplendida & recta operatio ejus. *Vul ſi munda & recta ſint opera ejus.*

שנה פן־תורש 13. Σ. ὕπνον, ἵνα μὴ πτωχευθῇς. O. κατάλαλον ἵνα μὴ ἐξαρθῇς.

13. *Heb.* ſomnum, ne forte pauper efficiaris. *S.* ſomnum, ne indigeas. *LXX.* obloqui, ne de medio tollaris. *Vul. ſomnum, ne te egeſtas opprimat.*

באשון 20. Σ. ἐν σκοτομιᾷ. O. ὄψονται σκότος.

20. *Heb.* in nigrore. *S.* in nocte illuni. *LXX.* videbunt tenebras. *Vul. in mediis tenebris.*

נחלה מבהלת 21. Σ. Θ. κληρονομία σπουδαζομένη. O. μερὶς ὑπασπουδαζομένη.

21. *H.* hæreditas feſtinans. *S. Th.* hæreditas feſtinata. *LXX.* pars feſtinata. *Vulg. hæreditas, ad quam feſtinatur.*

מוקש אדם ילע קדש 25. A. σκῶλον ἀνθρώπου καταπίεται ἡγιασμένος. O. παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι.

25. *Heb.* laqueus hominis devorabit ſanctitatem. *A.* offendiculum hominis abſorbet ſanctificatus. *LXX.* laqueus viro cito quid ex propriis ſanctificare. *Vul. Ruina eſt hominis devorare ſanctos.*

נר 27. A. Σ. Θ. λύχνος. O. φῶς. Ἄλλοι, λαμπήρ.

27. *Hebr. A. S. Th. Vulg.* lucerna. *LXX.* lux. *Alii*, ſax.

ונשמת O. πνοή. Ἄλλος, πνεῦμα.

H. Alius, ſpiritus. *LXX. Vul.* ſpiraculum.

ינצרו 28. A. Σ. διατηρήσουσι. O. φυλακή.

28. *Heb.* cuſtodient. *A. S.* ſervabunt. *LXX.* cuſtodia. *Vulg. cuſtodiunt.*

בחכם 29. A. Σ. Θ. ἰσχὺς αὐτῶν: O. σοφία.

29. *H. A. S. Th. Vulg.* fortitudo eorum. *LXX.* ſapientia.

הדר O. δόξα. Θ. εὐπρέπεια.

H. Th. decor. *LXX.* gloria. *Vulg. dignitas.*

שיבה A. Σ. Θ. πολιά. O. πολιαί.

Hebr. A. S. Th. Vulg. canities. *LXX.* canities, *plural.*

חברות פצע 30. A. Θ. μώλωπες τραύματος. O. ὑπώπια καὶ συντείμματα.

30. *H.* livores vulneris. *A. Th.* vibices vulnerum. *LXX.* livores & contritiones. *Vulg. livor vulneris.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XX. Proverbiorum.

v. 1. A. Θ. χλευασὴς οἶνος &c. Editio Romana & Druſius, ut & ſequentes hujus Capitis.

v. 2. Αλλ. βρυγμῶ. Videtur eſſe Aquilæ qui ita vertit Pſalm. 37. 9.

PROVERBIORUM CAP. XXI.

והבן 2. Σ. Θ. ἑτοιμάζει. O. κατευθύνει.

5. מחשבות חרוץ אך־למותר וכל־אץ אך־ לכחסור ※ λογισμοὶ σπουδάζοντες, πλὴν εἰς ὑστέρημα· καὶ πᾶς ὑπασπουδάζων, πλὴν εἰς ὑστέρημα.

6. פעל אצרות בלשון שקר הבל נדף מבקשי־ מות O. ὁ ἐργῶν θησαυρίσματα γλώσσῃ ψευδεῖ, μάταια διώκει ὑπὲρ παγίδας θανάτου. Θ. ὁ ἐργαζόμενος θησαυρὸς ἐν γλώσσῃ ψεύδει, ἀτμὸς φερόμενος. Σ..... ζητῶν θάνατον.

7. שוד־רשעים יגורם A. ἀφαιρεμὴ ἀσεβῶν ὑπεραίρῃ αὐτούς. O. ὄλεθρος ἀσεβέσιν ὑπεξαιρεθήσεται.

ג 9. A. Σ. Θ. δώμασι. O. ὑπαίθρου.

אשת מדנים ובית חבר Σ. Θ. ἢ μὴ γυναικὸς μαχίμης καὶ οἴκου ἐπαιωρουμένου. O. ἢ ἐν κεκονιαμένοις μετ' ἀδικίας καὶ ἐν οἴκῳ κοινῷ.

10. נפש רשע אותה־רע לא־יחן בעיניו רעהו Σ. ψυχὴ αἰσχρὰ ἐπόθησε πονηρὰ, οὐκ ἐλεήσει ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῆς ὁ πλησίον αὐτῆς. O. ψυχὴ ἀσεβοῦς οὐκ ἐλεηθήσεται ὑπ' οὐδένος τῶν αἰσχρῶν.

11. וחכם־פתי יחכם Σ. σοφισθήσεται ὁ νήπιος. O. πανουργότερος γίνεται ὁ ἀνόητος.

12. משכיל צדיק לרשע מסלף רשעים לרע Σ. ὑποπτεύει ἀσεβὴς εἰς κακόν. O. φαυλίζει ἀσεβὴς ἐν κακοῖς.

14. יכפה־אף 14. Σ. σβέσει ὀργὴν. O. ἀναιρεῖται ὀργάς.

15. ומחתה לפעלי און 15. Σ. Θ. καὶ δέλεαρ τοῖς ἐργαζομένοις ἀνομίαν. O. ὅσιος δὲ ἀκάθαρτος τοῖς πανούργοις.

16. רפאים 16. A. ῥαφαείν. Σ. τοῖς θεομάχοις. O. γιγάντων.

17. איש מחסור 17. Σ. ἐνδεήσεται ἀγαθῶν. O. ἀνὴρ ἐνδεής.

לא יעשיר A. Σ. Θ. οὐ πλουτήσει. O. εἰς πλοῦτον.

1. *Heb.* & ponderans. *S. Th.* præparat. *LXX.* dirigit. *Vulg. appendit.*

5. *Heb.* Cogitationes ſolliciti vere ad ſuperabundantiam, & omnis feſtinus vere ad defectum. ※ Cogitationes concidentes, tantummodo ad ſuperabundantiam, & omnis feſtinans, dumtaxat ad defectum. *Vul. Cogitationes robuſti, ſemper in abundantia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt.*

6. *Hebr.* Opus theſaurorum in lingua mendacii, vanitas expulſa, quærentes mortem. *LXX.* Qui operatur theſauros lingua mendaci, vana ſectatur in laqueos mortis. *Th.* Qui operatur theſauros in lingua mendaci, vapor eſt qui fertur. *S.*... quærens mortem. *Vulg. Qui congregat theſauros lingua mendacii, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis.*

7. *Hebr.* rapina impiorum terrebit eos. *A.* vaſtitas impiorum detrahet eos. *LXX.* perditio impiis hoſpitio ſuſcipietur. *Vulg. rapinæ impiorum detrahent eos.*

9. *Heb.* tecti. *A. S. Th. Vul.* domatis. i. *tecti. LXX.* ſub dio.

Heb. præ muliere contentionum, & domo ſocietatis. *S. Th.* quam cum muliere litigioſa, & domo meretricia. *LXX.* quam in calce illitis cum iniquitate, & in domo communi. *Vul. quam cum muliere litigioſa, & in domo communi.*

10. *Hebr.* Anima impii deſideravit malum: non gratus erit in oculis ejus amicus ejus. *S.* Anima iniqui deſideravit malum: non miſerebitur oculis ſuis proximi ſui. *LXX.* Anima impii non conſequetur miſericordiam ab ullo hominum. *Vulg. Anima impii deſiderat malum, non miſerebitur proximo ſuo.*

11. *Heb.* ſapiens efficietur ſimplex. *S.* ſapiens evadet infans. *LXX.* aſtutior fit innocens. *Vul. ſapientior erit parvulus.*

12. *Hebr.* pervertens impios ad malum. *S.* ſupplantat impios in malum. *LXX.* vilipendit impios in malis. *Vulg. ut detrahat impios a malo.*

14. *Hebr.* teget furorem. *S.* extinguet iram. *LXX.* evertit iras. *Vulg. extinguit iras.*

15. *H.* & contritio operantibus iniquitatem. *S. Th. Vul.* & pavor operantibus iniquitatem. *LXX.* ſanctus autem immundus eſt apud malos.

16. *Hebr.* Manium. *A.* Raphain. *S.* a Dei hoſte. *LXX. Vulg.* gigantum.

17. *H.* vir defectûs. *S.* indigebit bonis. *LXX.* vir egenus. *Vulg. in egeſtate erit.*

Hebr. Vulg. non ditabitur. *A. S. Th.* non ditеſcet. *LXX.* in divitias.

כפר 18. A. Σ. Θ. ἱλάσμα. O. ἐξιλάσμα.

18. *Heb. A. S. Th.* propitiatio. *LXX.* circumpurgatio. *Vul. pro juſto datur.*

רשע A. Σ. Θ. ἀσεβής. O. ἄνομος. Αλλ. ἄδικος.

Hebr. A. S. Th. Vulg. impius. *LXX.* iniquus. *Alius*, injuſtus.

וכעס 19. Σ. θυμώδης. O. ὀργίλου.

19. *Hebr. S. LXX. Vulg.* iracunda.

יבלעו 20. O. καταπίονται αὐτόν. Αλλος, καταποντῶσιν.

20. *Heb.* deglutiet eum. *LXX.* devorabunt illum. *Alius*, demergent. *Vulg. diſſipabit illud.*

רדף צדקה 21. A. Σ. Θ. διώκων δικαιοσύνην. O. ὁδὸς δικαιοσύνης.

21. *Hebr.* ſequens juſtitiam. *A. S. Th.* perſequens juſtitiam. *LXX.* via juſtitiæ. *Vul. qui ſequitur juſtitiam.*

יבצא O. εὑρήσει. Αλλος, θησαυρίζει.

H. LXX. Vul. inveniet. *Alius*, theſaurizat.

עיר גבורים עלה הבטח 22. A. Σ. Θ. πόλιν δυνατῶν ἀνέβη σοφός. O. πόλεις ὀχυρὰς ἐπέβη σοφός.

22. *Hebr. A. S. Th. Vulg.* Civitatem fortium aſcendit ſapiens. *LXX.* Civitates munitas aſcendit ſapiens.

עשה בעברה זדון 24. Σ. ποιῶν ἐν ὀργῇ ὑπερήφανος. O. ὃς δὲ μνησικακεῖ πρᾶος.

24. *Heb.* faciens in ira ſuperbiæ. *S.* faciens in ira ſuperbus. *LXX.* qui autem injuriarum memor eſt iniquus. *Vulg. qui in ira operatur ſuperbiam.*

תאוה עצל תמיתנו 25. Σ. Θ. ἐπιθυμία ὀκνηροῦ θανατώσει αὐτόν. O. ἐπιθυμίαι ὀκνηρὸν ἀποκτείνουσι. Αλλ. καταβάλλουσιν.

25. *Hebr. S. Th.* Deſiderium pigri interficiet eum. *LXX. Vulg.* Deſideria occidunt pigrum. *Alius*, dejiciunt.

אף כי־בזמה יביאנו 27. A. καὶγὰρ ὅτι ἔννοια εἶσει αὐτόν. O. ἢ γὰρ πονηρίαν προσφέρουσι αὐτάς.

27. *Heb.* etiam quia in cogitatione mala attulerit illud. *A.* & utique quoniam cogitatio feret eum. *LXX.* etenim inique offerunt eas. *Vulg. quia offeruntur ex ſcelere.*

לנצח ידבר 28. A. Σ. Θ. Εἰς νῖκος προέσεται. O. Φυλασσόμενος χαλινός.

28. *H.* in finem loquetur. *A. S. Th.* in victoriam ibit. *LXX.* cuſtoditus loquetur. *Vulg. loquetur victoriam.*

העז איש רשע בפניו 29. O. ἀσεβὴς ἀνὴρ αἰσχυνθῆς ὑφίσταται προσώπῳ. Θ. ἐνεδραίωσεν ἀνὴρ ἀσεβὴς πρόσωπον αὐτοῦ.

29. *Hebr.* Roboravit vir impius in facie ſua. *LXX.* Impius vir impudenter ſubſiſtit facie. *Th.* Obfirmavit vir impius faciem ſuam. *Vulg. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum.*

יבן A. Σ. ἑτοιμάσει. O. σωιῷ.

Heb. A. S. præparabit. *LXX.* intelliget. *Vul. corrigit.*

לנגד יהוה 30. A. Σ. Θ. κατέναντι κυρίου. O. πρὸς τὸ ἀσεβῆ.

30. *Hebr. A. S. Th. Vulg.* contra Dominum *LXX.* contra impium.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXI. Proverbiorum.

v. 2. Σ. Θ. ἑτοιμάζει. Sic Editio Romana & Druſius, qui ſequentes etiam lectiones adferunt.

v. 5. λογισμοὶ σωτήριοι &c. Hæc quæ in quibuſdam Exemplaribus ſequuntur, & deſiderantur in O. aſteriſco ut videtur notata erant.

v. 16. A. Ραφαὶρ. Σ. τοῦ θησαυροῦ. Melius legatur, τοῦ θησαυροῦ.

PROVERBIORUM CAP. XXII.

נבחר 1. A. Θ. ἐκλεκτόν. O. αἱρετώτερον.

1. *Ebr. LXX.* eligibilius. *A. Th.* electum. *Vul. melius.*

ראה רעה ויסתר 3. A. Θ. εἶδε κακίαν καὶ ἐκρύβη. O. ἰδὼν πονηρὰν τιμωρίαν, καὶ κεκολασμένος αὐτὸς παιδεύεται.

3. *Heb. A. Th. Vul.* vidit malum, & abſcondit ſe. *LXX.* videns malignum punitum, & valide ipſe eruditur.

עקב ענוה יראת יהוה 4. Σ. ὕστερον προσευτῆτος φόβος κυρίου. O. ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου.

4. *Heb.* Propter manſuetudinem timor Domini. *S.* Poſt manſuetudinem timor Domini. *LXX.* Progenies ſapientiæ timor Domini. *Vulg. Finis modeſtiæ timor Domini.*

יחזק נחם 5. A. Σ. Θ. μακρυνθήσεται. O. ἀφίξεται αὐτῷ.

5. *Heb.* ſe elongabit ab eis. *A. S. Th.* procul recedet. *LXX.* abſtinebit ab eis. *Vulg. longe retedit ab eis.*

ועבד לוה לאיש מלוה 7. Σ. Θ. καὶ δοῦλος δα-

7. *H.* & ſervus mutuans viro commodanti.

νειζόμενος ἀνδρὶ δανείζοντι. O. ᾧ οἰκέται ἰδίοις δεσπόταις δανειοῦσιν.

זורע עולה יקצר־און 8. A..... ἀνωφελές. Σ. ὁ σπείρων ἀνομίαν θερίσει ἀδικίαν. O. ὁ σπείρων φαῦλα θερίσει κακά. Θ. ὁ σπείρων ἀδικίαν θερίσει ἀνομίαν.

יברך 9. O. εὐλογηθήσεται. Αλλ. εὐλογεῖ ὁ θεός. Αλλ. ἀγαπᾷ ὁ θεός.

לץ 10. A. Σ. Θ. χλευαστής. O. λοιμόν.

מדון Σ. Θ. μάχη. O. νῖκος.

טהור־לב 11. A. Θ. καθαρὰς καρδίας. Σ. ἁγνὰς καρδίας. O. ὁσίας καρδίας.

חן שפתיו רעהו מלך Θ. χείλεσι ποιμαίνει βασιλεύς. Αλλος, χάρις χειλέων ἑταῖρος αὐτῷ βασιλεύς.

דעת 12. A. Σ. Θ. γνῶσιν. O. αἴσθησιν.

ארצח 13. A. Σ. Θ. φονευθήσομαι. O. φονεύσω.

עם 14. A. Σ. Θ. ἐκεῖ. O. εἰς αὐτόν.

קשורה בלב 15. A. Θ.... ἐν καρδίᾳ. Σ. ἐνδέδεται ἐν καρδίᾳ. O. ἐξῆπται καρδίας.

נותן לעשיר אך למחסור 16. Σ. δώσει πλουσίῳ δι' ὅλου ὑστέρημα. O. δίδωσι ᾗ πλουσίῳ ἐπ' ἐλάσσονι. Αλλος, ᾗ τῷ ἐλαττόνος δίδωσιν ἀφορμὰς κακοποιίας.

יכנו 18. A. Σ. Θ. ἑτοιμασθήσονται. O. εὐφροσυνθήσει σε.

חודעתיך היום 19. A. Σ. γνωστὸν ἐποίησά σοι ζωήν. O. ᾗ γνωρίσει σε τὴν ὁδόν σου. Αλλος, τὴν ὁδὸν αὐτῶν. Αλλος, τὰς ὁδούς αὐτῶν.

לשלחיך 21. A. Θ. τοῖς ἀποστέλλουσί. O. τοῖς παραβαλλομένοις σοι.

אל־תגזל־דל 22. Σ. μὴ ἁρπάσῃς πτωχόν. O. μὴ ἀποδιάζῃ πένητα.

כי־יהוה יריב ריבם וקבע את־קבעיהם נפש 23. A. ὅτι κύριος δικάσει τὴν δίκην αὐτοῦ, καὶ καθηλώσει τοὺς καθηλώσαντας αὐτόν. Σ.... ᾗ κολάσεται τοὺς κολαζομένους ψυχὴν αὐτῶν. O. ὁ γὰρ κύριος κρινεῖ αὐτῶν τὴν κρίσιν, ᾗ ῥύσῃ σὴν ἄσυλον ψυχήν.

אל־תהיה 24. Σ. μὴ φιλιάσῃς. O. μὴ ἴσθι ἑταῖρος.

מוקש 25. A. σκῶλον. Σ. σκάνδαλον. O. βρόχους.

חשכים 29. O. ἀνδράσι κωφοῖς. Θ. σκοτεινοῖς.

S. Th. & servus est qui mutuum accipit ei qui mutuum dat. LXX. & famuli propriis Dominis fœnerabunt. *Vulg. & qui accipit mutuum servus est fœnerantis.*

8. *Heb.* Qui seminat iniquitatem metet calamitatem. *A.*.. inutilitatem. *S.* Qui seminat iniquitatem, metet injustitiam. *LXX.* Qui seminat mala metet mala. *Th.* Qui seminat injustitiam metet iniquitatem. *Vul. Qui seminat iniquitatem metet mala.*

9. *Hebr. A. LXX. Vulg.* benedicetur. *Alius*, benedicit Deus. *Alius*, diligit Deus.

10. *H. A. S. Th. Vulg.* derisorem. *LXX.* pestilentem.

Hebr. contentio. *S. Th.* pugna. *LXX. Vulg.* jurgium.

11. *H. Vul.* cordis munditiam. *A. Th.* munda corda. *S.* casta corda. *LXX.* sancta corda.

Hebr. gratia labiorum ejus amicus ejus rex. *LXX.* labiis pascit rex. *Alius*, gratia labiorum: amicus ejus rex. *Vul. propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.*

12. *Heb. A. S. Th. Vulg.* scientiam. *LXX.* sensum.

13. *Heb. A. S. Th.* occidar. *LXX.* sicarii. *Vul. occidendus sum.*

14. *Hebr. A. S. Th.* illuc. *LXX. Vul.* in eam.

15. *Hebr.* colligata in corde.... *A. Th.* in corde. *S.* illigatur in corde. *LXX.* pendet a corde. *Vulg. colligata est in corde.*

v. 5. Mſ. Jeſ. poſt ἁ habet ※ ἐπ' αὐτῇ. Et v. 12. ἐπὶ ※ τῶν : ταχίων.

v. 19. Mſ. Jeſ. ad marg. μερὶς αὐτῦ, βάϚΘ. Ubi duas interpretationes exhibet. Ibid. ※ τῶν ἡμισάμεων. Idem.

v. 20. ὁ Σύρϑ, ἐκτίμασόν μοι σκεῦη πολέμου. Theodoretus.

v. 28. ※ ἑ πάσας Mſ. Jeſ. ſimiliterque ſequentes uſque ad finem verſûs 49. ubi legitur nota, qua dicitur hæc in quibuſdam Exemplaribus perperam aſteriſcis notari: ἡμῖν εἰδέναι ὡς ἐν τοῖν ἑπτηκαίδεκα ταῦτα μετ' ἀσημείων κεῖνται ὁ καλῶς, ſcilicet ab his verbis verſûs 45. καὶ γε τὸ τεῖχϑ Βαβυλῶνος ἔπεσε, uſque ad hæc verba verſûs 49. ἁ μὲν τοι ἐν Βαβυλῶνι τῦ πεσῦν Ἰσραὴλ ἐν αὐτῇ. poſteaque ſequitur nota ut ſupra. Hi porro verſus deſiderantur in Editione τῶν Ο.

v. 57. ※ Θ. ἁ τὺς ἰσχυροὺς αὐτῦ : Γ. ἀρχόντας. Sic Mſ. Jeſ. Cur autem, poſtquam Theodotionis lectionem attulit, diverſam trium Interpretum lectionem adferat, cum tamen Theodotio unus ſit ex tribus, in Præliminaribus diſquiritur.

Ibid. ※ Α. Θ. ἁ ἡμιατὺς &c. Idem. Similiterque omnes quæ ſequuntur lectiones uſque ad finem Capitis.

JEREMIÆ CAP. LII.

בן־עשרים ואחת שנה צדקיהו 1. O. ὅτος ἐβδόμου καὶ ἑνὸς ἔτους Σεδεκίου. Θ. ἑβδόμου καὶ ἑνὸς ἔτους τῦ Σεδεκίας.

ויעש הרע בעיני יהוה ככל אשר־עשה יהויקים 2. ※ ἁ ἐποίησε ϑ ποιῆσαι ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίυ, ὃν τρόπον ἐποίησεν Ιωακείμ.

כי על־אף יהוה היתה בירושלם ויהודה 3. עד־השליכו אותם מעל פניו וימרד צדקיהו במלך בבל ※ ὅτι ἐπὶ τ θυμὸν κυρίυ τῦ Ιερουσαλὴμ καὶ Ιούδα, ἕως ἀπέῤῥιψεν αὐτοὺς ἐκ προσώπου αὐτῦ. καὶ ἀπέϛη Σεδεκία τῦ βασιλέως Βαβυλῶνος.

וישגו את־צדקיהו 8. Αλλὸς, κατέλαβον τ βασιλέα Σεδεκίαν. Ο. κατέλαβον αὐτόν.

והיא שנת תשע־עשרה שנה למלך נבוכדראצר 12. מלך־בבל ※ οὗτος ἐνιαυτὸς ἐννεακαιδέκατος τ Ναβυχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. In O. vacat.

וכרלת העם ואת־יתר העם הנשארים בעיר 15. ואת־הנפלים אשר נפלו אל־מלך בבל ※ Α. ἀπὸ τ πενήτων τῦ λαοῦ, καὶ ϑ λάμμα τῦ λαοῦ, καὶ τὺς καταλελειμμένους ἐν τῇ πόλει, καὶ τὺς ἐμπίπτοντας καὶ τὺς ἐμπεπωκότας πρὸς βασιλέα Βαβυλῶνος. In O. vacat.

השאיר נבוזראדן 16. O. κατέλιπεν ※ Ναβυζαρδάν.

וכרלת ארץ השאיר נבוזראדן רב־טבחים ※ Θ. καὶ ἀπὸ τῶν πενήτων τ γῆς κατέλιπε Ναβυζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος. Ο. καὶ τὺς καταλοίπους τῦ λαοῦ κατέλιπεν ὁ ἀρχιμάγειρος.

את־כל־נחשתם 17. O. τ χαλκὸν ※ πάντα.

ואת־הסרות ואת־היעים ואת־המזמרות ואת־ 18. המזרקת ואת־הכפות ※ Α. Θ. ἑ τὺς ποδιστῆρας καὶ τὺς αἰαλημπτῆρας, καὶ τὰ θυμιατήρια,

1. HEbr. filius viginti & unius anni erat Sedekihu. *LXX.* cum eſſet viginti & unius anni Sedecias. *Th.* viginti & unius anni erat Sedecias. *Vulg. filius viginti & unius anni erat Sedecias.*

2. *H.* & fecit malum in oculis Domini ſecundum omne quod fecerat Joakim ※ & fecit malum in oculis Domini, quemadmodum fecerat Joakim. *Vulg. & fecit malum in oculis Domini juxta omnia quæ fecerat Joakim.*

3. *Hebr.* Quia ſuper furore Domini fuit in Jeruſalem & Juda uſquequo projecit ipſe eos a facie ſua. Rebellavitque Sedekihu in regem Babel. ※ quia ſuper furorem Domini erat Jeruſalem & Juda, donec projiceret eos a facie ſua. Et defecit Sedecia a rege Babylonis. *Vulg. quoniam furor Domini erat in Jeruſalem & in Juda, uſquequo projiceret eos a facie ſua: & receſſit Sedecias a rege Babylonis.*

8. *H.* & arrigerunt Sedekihu. *Alius*, & comprehenderunt regem Sedeciam. *LXX.* comprehenderunt eum. *Vulg. & apprehenderunt Sedeciam.*

12. *H.* ipſe annus nonus decimus annus regis Nabuchadreſar regis Babel. ※ hic annus nonus & decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis. *In LXX. vacat. Vul. ipſe eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis.*

15. *H.* Et de pauperibus populi, & reſiduo populi, relictis in civitate, & de incumbentibus, qui incubuerant ad regem Babel. ※ *A.* de pauperibus autem populi, & reſiduum populi, & relictos in urbe, & eos qui incidebant, & inciderant ad regem Babylonis. *In LXX. vacat. Vul. De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanſerat in civitate, & de perfugis, qui tranſfugerant ad regem Babylonis.*

16. *H.* reliquit Nabuzaradan. *LXX.* reliquit ※ Nabuzardan. *Vulg. reliquit Nabuzardan.*

H. & de pauperibus terræ reliquit Nabuzaradan magiſter laniorum. ※ *Th.* & de pauperibus terræ reliquit Nabuzardan princeps cocorum. *LXX.* & reſiduos populi reliquit princeps cocorum. *Vulg. de pauperibus vero terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ.*

17. *Hebr. Vulg.* omne æs eorum. *LXX.* æs ※ omne.

18. *H.* & lebetes, & ſcopas, & pſalteria, & pelves, & cochlearia. ※ *A. Th.* & cacabos & hauſtra, & acerras, & pateras. *LXX.* & coronam, & phialas, & creagras. *Vul. & lebetes,*

IN THRENOS,

SEU

LAMENTATIONES JEREMIÆ.

MONITUM.

IN Threnis Jeremiæ, teſte Origene, nec Aquilæ, nec Theodotionis Editiones ferebantur; ſed tantum Symmachi & LXX. Ἐκδόσις Ἀκύλα (*ſic ille*) ἢ Θεοδοτίωνος ἐν τοῖς Θρήνοις οὐ φέρεται, μόνη ὁ Συμμάχου ἢ τῶν Ο. *quo ſignificatur Aquilæ & Theodotionis Editiones in Hexaplis non poſitas fuiſſe. Ne putes enim Aquilam & Theodotionem librum Threnorum Græce non interpretatos eſſe: id non dicit Origenes; ſed ſolùm, Editionem Aquilæ & Theodotionis in Threnis non ferri, ſed Symmachi dumtaxat & LXX. Interpretum. Nam Aquilæ & Theodotionis verſiones Threnorum ſeparatim exſtitiſſe probat nota Codicis Marchaliani, nunc RR. PP. Jeſuitarum, cap. 1. v. 8. ubi ad hanc vocem* τ̄ Ο. Εἰς αὐτὸν *in margine notatur* c οἱ Γ χ̄ος (l. χῶς, χωρὶς) αἰδεσπ; *id eſt*, Symmachus, tres Interpretes ſeparatim αἰδεσπ habent: *Notam quippe* οἱ Γ. *tres Interpretes Aquilam, Symmachum & Theodotionem ſignificare liquido probatur in Præliminaribus. Vox* χ̄ῶ *vel* χ̄ῶρις *frequentiſſime adhibetur hoc uſu, ut videre eſt maxime in Libris Joſue & Judicum, qua de re item in Præliminaribus agitur in Capite de Notis Hexaplorum. Ad hæc, cap. 3. v. 46.* τ̄ λειπῶν *locus adfertur: reliqui autem Alii ſunt pro more Aquila & Theodotio. Quodque clarius eſt, ipſius Aquilæ nominatim interpretatio in notis Editionis Romanæ profertur cap. 4. v. 2. cui ſubjungitur alia Symmachi, ne lapſu, Aquilæ nomen irrepſiſſe quis dubitet. Alio item indicio arguitur Aquilam & Theodotionem Threnorum interpretationes edidiſſe, licet eæ in Hexaplis locatæ non fuerint; nimirum capite 2. verſu 2. ubi in Textu Hebraïco legitur* אֶת בֹּל *in margine Mſ. Jeſ. ponitur* ※ σω, *ut præcedat vocem* πάσας: *quod additamentum* σω *aſteriſco prænotatum procul dubio ex Aquilæ Editione ſumtum eſt; nam quod* C, *quæ eſt nota Symmachi voci* σω *ſuperponatur, id certiſſime Librariorum lapſu contigit, qui cum viderent varias interpretationes hoc in libro ſemper Symmachi notam præferre, hic A. συν commutarunt in* C συν. *Aquila enim nimiæ ἀκριβείας Interpres, ne quid in verſione ſua prætermiſſum videretur, articulum* אֵת *per particulam* σὺν *paſſim exprimebat, cui jungebat accuſativum:* σὺν τ̄ ὑράνῳ, ᾗ σὺν τ̄ γ̄ῇ, *quam rem nec ſine ludibrio,* κακοζηλίας *arguit Hieronymus; contra vero Symmachus liberiorem elegantioremque vertendi morem ſectatur, quæ res ipſi vitio vertitur à Theodoro Heracleota. Additamentum itaque* σὺν, *capite ſecundo poſitum ex, Aquila deſumtum fuit. Unde inferatur Origenem, licet ſolitas Aquilæ & Theodotionis columnas hic non poſuerit, aliqua tamen additamenta ex eorum Verſionibus in Editione* τ̄ Ο. *Hexaplari inſeruiſſe pro more. Cur autem in Threnis Editiones Aquilæ & Theodotionis prætermiſerit, nonniſi ex conjectura dici poteſt. Nimirum cum hæ Editiones a Verſione LXX. vel parum vel nihil differrent, inutile fore putaverit, ſi eas apponeret, quæ cauſa fortaſſe eſt, ut pauciſſimos aſteriſcos in Threnis obſervemus, ſecus quam in libro Jeremiæ qui præcedit, & in Ezechiele qui ſequitur, ubi innumeri pene aſteriſci obſervantur.*

Hoc in Libro uſi ſumus maxime Codice RR. PP. Jeſuitarum, unde multa expiſcati ſumus, literarumque Hebraicarum formas, quales a Scriba Græco exaratæ habentur in eodem Codice, repræſentandas eſſe duximus. Quia vero illæ formæ pluries repetuntur, & Hebraice

imperitus Librarius, modo aliam modo diverſam literarum quarumdam figuram exhibet; illas delegimus, quæ magis accedebant ad literarum Hebraicarum germanam formam. Interpretationes quoque literarum Hebraicarum, nominumque quibus illæ exprimebantur, quas Origenes appoſuerat, edendas duximus ut in eodem Codice jacent.

Vidimus præterea
Codicem unum Colbertinum qui non pauca ſuppeditavit.
Origenis loca multa.
Theodoretum in Threnos.
Hieronymum Epiſt. 2. ad Paulam.
Agellium in Threnos Romæ cuſum anno 1598.
Editionis Romanæ & Druſii notas.

THRENORUM JEREMIÆ

CAPUT PRIMUM.

1. א Αλφα, ματαίωσις, ἢ πλεῖώσις.
עם רבתי Σ. πληθύνουσα λαόν. Ο. πεπληθυμμένη λαοῦ.

2. ב Βήθ, οἰκοδομὴ ἐν αὐτῷ.
אין-לה מנחם Σ. οὐ οὐχ ὑπῆρχεν αὐτῇ παρακαλῶν. Ο. οὐ οὐχ ὑπῆρχε ὁ παρακαλῶν αὐτὴν.

3 ג Γιμλ. πλήρωσις αἰώνιος.
בין הצרים Σ. ἐντὸς τῶν θλιβόντων αὐτήν. Ο. ἀναμέσον τῶν θλιβόντων.

4. ד Δελθ. δέλτοι ὑψηλότεραι.
5. ה H. αὕτη.
לראש Σ. Εἰς ἀρχοντας. Ο. Εἰς κεφαλήν.

כי יהוה הוגה Αλλος, ὅτι κύριος ἐπήγαγεν αὐτήν. Ο. ὅτι κύριος ἐταπείνωσεν αὐτήν.

רב-פשעיה Αλλ. ὁ πλῆθος τῆς ἀσυνθείας αὐτῆς. Ο. ὁ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῆς.

6. ו Ουαυ. ἐν αὐτῷ.
7. ז Ζαϊ, ζῆν.
8. ח Hθ. ζωὴ.
לנידה Σ. οἱ Γ. ἀπάστην. (al. ἀπάστος.) Ο. Εἰς σάλον.
הוללו Αλλ. ἠτίμασαν αὐτήν. Ο. ἐταπείνωσαν αὐτήν.

9. ט Τῆθ. καλόν.
טמאתה בשוליה Ωρ. ἀκαθαρσία αὐτῆς ἐμπόδιον αὐτῆς. Ο. ἀκαθαρσία αὐτῆς ἐπὶ ποδῶν αὐτῆς.

10. י Ιωθ. ἀρχή.
11. כ Χαφ. ὅμως.
מחמודיהם באכל Σ. . . . αὐτῶν ἕως οὗ φαγεῖν. Ο. τὰ ἐπιθυμήματα αὐτῆς ἐν βρώσει.

1. ALPHA, inanitas, aut perfectio. *Heb.* multa populo. *S.* multiplicans populum. *LXX.* quæ repleta fuit populis. *Vulg. plena populo.*

2. BETH, quæ habitat in ipſo.

Hebr. non ei conſolator. *S.* & non erat qui conſolaretur eam. *LXX.* & non eſt qui conſoletur eam. *Vulg. non eſt qui conſoletur eam.*

3. GHIML. impletio ſurſum.

Heb. Vulg. inter anguſtias. *S.* inter tribulantes eam. *LXX.* in medio tribulantium.

4. DELTH. Libelli excelſiores.

5. HE. hæc.

Hebr. Vulg. in capite. *S.* in principes. *LXX.* in caput.

Hebr. quia Dominus anxiavit eam. *Alius*, quia Dominus induxit eam. *LXX.* quia Dominus humiliavit eam. *Vulg. quia Dominus locutus eſt ſuper eam.*

Heb. multitudinem prævaricationum ejus. *Alius*, multitudinem tranſgreſſionis ejus. *LXX.* multitudinem impietatum ejus. *Vul. multitudinem iniquitatum ejus.*

6. VAU. in ipſo.

7. ZAI. vivit.

8. HETH. vivens.

Hebr. LXX. in fluctuationem. *S. Tres Interpr. Vul.* inſtabilis.

Hebr. Vul. ſpreverunt eam. *Alius*, inhonoraverunt eam. *LXX.* humiliaverunt eam.

9. TETH. pulcrum.

Hebr. immunditia ejus in fimbriis ejus. *Origenes*, immunditia ejus impedimentum ejus. *LXX.* immunditia ejus ante pedes ejus. *Vulg. ſordes ejus in pedibus ejus.*

10. IOTH. principium.

11. CHAPH. tamen, *vel* ſimiliter.

Hebr. deſiderabilia ſua in cibo. *S.* . . . . ſua ut manducarent. *LXX.* deſiderabilia ejus in cibum. *Vulg. pretioſa quæque pro cibo.*

12.

12. ל Λαβδ. μάθε.
לוא אליכם Σ. οὐ πρὸς ὑμᾶς. Ο. οἱ πρὸς ὑμᾶς.
אשר עולל לי אשר הוגה יהוה ביום חרון אפו Σ. ὡς ἐφαυλίσθη, ἀπεκάλεσε κύριος ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ. Ο. ἐφθεγξάμενος ἐν ἐμοὶ ἐταπείνωσέ με κύριος ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ.

עולל לי ὁ Σύρος, ἥψατό μου. Ἀλλ. ἐπεφύλλισέ μοι.

13. מ Μήμ. ἐπ' αὐτῷ. [f. ἀπ' αὐτοῦ.]
וירדנה Σ. κατεπαίδευσέ με. Ο. κατήγαγεν αὐτό.

14. נ Νουν. αἰών.
בידו ישתרגו Σ. ἐφ' ᾧ χεὶρ αὐτοῦ κατεπείσθη. Ο. ἐν χερσί μου συνεπλάκησαν.

קום Σ. ὑποστῆναι. Ο. στῆναι.

15. ס Σαμχ. βοήθεια.
בל־אבירי אדני בקרבי Σ. (πόλεις) τοὺς μεγιστᾶνάς μου κύριος τοὺς μέσῳ ἐμοῦ. Ο. πόλεις τοὺς ἰσχυροὺς μου ὁ κύριος ἐκ μέσου μου.

מועד Εβρ. καὶ Σύρος, συμφοράν. Ο. καιρόν.

16. ע Αιν. πηγή, ἢ ὄψεσις, ἢ ὀφθαλμός.
משיב Σ. ἀνακλώμενος. Ο. ὑπερέφων.

שוממים Σ. ἔρημα. Ο. ἠφανισμένοι.

17. פ Φη. στόμα.
צוה יהוה ליעקב סביביו צריו Σ. ἐνετείλατο κύριος Ιακωβ, κύκλῳ αὐτοῦ γένεσθαι τοὺς θλίβοντας αὐτόν. Ο. ἐνετείλατο κύριος ὦ Ιακώβ, κύκλῳ αὐτοῦ οἱ θλίβοντες αὐτόν.

18. צ Σαδη.

19. ק Κωφ. κλῆσις, ἁγιασμός.
בעיר Σ. ἐν πόλει. Ο. ἐν τῇ πόλει.

20. ר Ρης. ὅρασις, ἔνοχλος, ἢ κεφαλή.

21. ש Σεν.
כבנו Σ. Ο. ὅμοιοι ἐμοί.

22. ת Ταυ. σημεῖον, ἢ κλῆσις.
ועולל למו כאשר עוללת לי ὁ Σύρος, θλῖψον αὐτοὺς ὡς ἔθλιψάς με. Ο. καὶ ἐπιφύλλισον αὐτοὺς, ἕνεκεν πάντων ἐπιφυλλίδα.

Ἕως ὧδε ἀντεβλήθησαν πάλιν οἱ Ἑβδομήκοντα πρὸς τὴν εἰς Θρήνους Ωριγένους.

12. LABD. disce.

Hebr. S. non ad vos. *LXX.* qui ad vos. *Vulg.* o vos.

H. qui factus est mihi, quia mœstitia affecit Dominus in die indignationis furoris sui. *S.* ut despectus est, revocavit Dominus in die iræ furoris sui *LXX.* locutus in me humiliavit me Dominus in die iræ furoris sui. *Vulg. quoniam vindemiavit me ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui.*

H. factus est mihi. *Syrus*, tetigit me. *Alius*, vindemiavit mihi.

13. MEM. super ipso. (*f.* ab ipso.)

Hebr. & dominatus est ei. *S. Vulg.* erudivit me. *LXX.* deduxit illum (ignem.)

14. NUN. sæculum.

Hebr. in manu ejus perplexæ sunt. *S.* per manum ejus contritus sum. *LXX.* in manibus meis complicatæ sunt. *Vulg. in manu ejus convolutæ sunt (iniquitates.)*

Heb. Vul. surgere. *S.* subsistere. *LXX.* stare.

15. SAMCH. auxilium.

H. omnes validos meos Dominus in medio mei. *S.* omnes magnates meos Dominus, in medio mei. *LXX.* omnes fortes meos Dominus, qui ex medio mei. *Vul. omnes magnificos meos Dominus de medio mei.*

Heb. conventum. *Hebr. & Syrus*, calamitatem. *LXX. Vul.* tempus.

16. AIN, fons, aut visio, aut oculus.

Hebr. reducens. *S.* recreans. *LXX. Vulg.* convertens.

Heb. desolati. *S.* deserti. *LXX. Vulg.* perditi.

17. PHE, os.

Hebr. præcepit Dominus Jacob, circuitus ejus hostes ejus. *S.* præcepit Dominus Jacob, in circuitu ejus adesse eos qui tribulant eum. *LXX.* præcepit Dominus Jacob, in circuitu ejus qui tribulant eum. *Vul. mandavit Dominus adversum Jacob in circuitu ejus hostes ejus.*

18. SADE.

19. COPH, vocatio, sanctificatio.

Heb. LXX. Vul. in urbe. *S.* per urbem.

20. RES, visibilis, princeps, aut caput.

21. SEN.

Hebr. sicut ego. *S. LXX. Vul.* similes mei.

22. THAU, signum, aut vocatio.

H. Syrus, afflige illos sicut afflixisti me. *LXX.* vindemia eos, quemadmodum fecerunt vindemiam. *Vulg. vindemia eos sicut vindemiasti me.*

Hactenus collati denuo sunt Threni ex Commentariis Origenis in Threnos.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. I. Threnorum Jeremiæ.

v. 1. Αλφα. Literarum Hebraïcarum formam, earumque explicationes ex Mſ. Jeſ. expreſſimus, ubi literarum forma pluries repetitur, nec ſine diſcrimine. Ex variis autem formis eas ſelegimus, quæ magis accedebant ad hodiernas. Hebraïcarum porro literarum, ſeu nominum earum, ſignificationem ſic exhibet Hieronymus Epiſt. ad Paulam, Tom. 2. col. 709. *Aleph interpretatur* doctrina. *Beth*, domus. *Gimel*, plenitudo. *Daleth*, tabularum. *He*, iſte. *Vau & Zain*, hæc. *Heth*, vita. *Teth*, bonum. *Iod*, principium. *Caph*, manus. *Lamed*, diſciplinæ, *ſive* cordis. *Mem*, ex ipſis. *Nun*, ſempiternum. *Samech*, adjutorium. *Ain*,

ſons, *ſive* oculus. *Phe*, os, *ab ore, non ab eſſe dictum intelligo; ne literarum ambiguitate fallaris. Sade*, juſtitia. *Coph*, vocatio. *Res*, capitis. *Sin*, dentium. *Thau*, ſigna. Poſtea vero Hieronymus his nominibus ſimul junctis pias interpretationes annectit, quæ non pertinent ad inſtitutum noſtrum. Nec prætermittenda nota Origenis in Threnos, quæ habetur in Edit. Rom. ἐκδόσεις Ἀκύλα καὶ Θεοδοτίωνος οὐ κεῖται ἐν τοῖς Θρήνοις· ἀλλ' ἔφερεν μόνην τὴν Συμμάχου καὶ τῶν Ο. i. *Editio Aquilæ & Theodotionis in Threnis non habetur, ſed tantum Symmachi & LXX.* qua de re ſupra in Monito.

Ibid. Σ. πλατυσμὸν λαοῦ. Mſ. Jeſ.

v. 2. Σ. ἡ οὐκ ὑπῆρχεν αὐτῇ παροχωρόν. Idem.

v. 3. Σ. ἐντὸς αὐτῆς θλιβόντων αὐτόν. Idem.

v. 5. Σ. εἰς ἀρχοντᾶς. Colbertinus & Druſius.

Ibid. ἄλλ. ὅτι κύριος ἐπήγαγε &c. Mſ. Jeſ. ſine Interpretis nomine. Eſt forte Symmachi.

Ibid. ἄλλ. τὸ πλῆθος τῆς ἀσωθ. Idem. Videtur eſſe Symmachi.

v. 8. Σ. ἀνάγαβος. Mſ. Jeſ. ſic habet, Σ. εἰ γ. χῶς φάγαβος. Quam notam in Monito explicavimus.

Ibid. ἀλλ., ἐπήμασεν αὐτόν. Sic Mſ. Jeſ. ſine Interpretis nomine. Eſt, ut puto, Symmachi.

v. 9. Origenes, ἀκαθαρσία αὐτῆς ἐμπόδιον αὐτῆς. Agellius.

v. 11. Σ. αὐτῶν ὑπὲρ τῶν φαγέων. Idem Mſ.

v. 12. Σ. ὁ στόμος ἡμῶν. Idem.

Ibid. Σ. ὡς ἐφαυλίσθη &c. Mſ. Jeſ.

Ibid. ὁ Σύρος, ἔμφ μοι. Sic Theodoretus, in cujus textu legitur, ἐπεφύλλιόν μοι, ac ſi τῶν Ο. eſſet.

v. 13. Σ. κατεπαίδευσί με. Mſ. Jeſ.

v. 14. Σ. ἐξῆ τῆς χειρὸς &c. Idem.

Ibid. Σ. ὑποφλῶσι. Idem.

v. 15. Σ. τοὺς μεγιστᾶνας &c. Idem.

Ibid. Theodoretus, τῷ συμφορᾷ δὲ ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος χαρὰν κακῶν.

v. 16. Σ. ἀνεπτέμεσθε. Druſius.

Ibid. Σ. ἤμεσι. Colbertinus atque Druſius.

v. 17. Σ. ἐστοιλαβ κύριος &c. Ita Druſius, & Colbertinus, qui habet, κ' Σύμμαχον, καθ' ἑπτὰ ἐκδόσεις τῶν Ο. i. *ſecundum Symmachum & ſecundum aliam Editionem LXX.*

v. 19. Σ. κ' πάλιν. Mſ. Jeſ.

v. 21. Σ. ὅμοιοι ἡμεῖ. Idem.

v. 22. ὁ Σύρος, θλίψον ἡμᾶς &c. Theodoretus.

Noram vero ſequentem, ἵνες ᾠδὴ &c. ex Mſ. Jeſ. mutuamur.

THRENORUM JEREMIÆ CAP. II.

2. לא חמל את כל נאות יעקב 2. Ο. οὐ φεισάμενος ※ Σ. οὐκ πιόντα.

5. בלעה ישראל בל־ארמנותיה 5. Σ. τὰ βασίλεια αὐτῆς. Ο. τὰς βάρεις αὐτῆς.

חומות 8. Σ. τεῖχος βασιλείων. Ο. τεῖχος.

חומת בת־ציון 18. Αλλος, τεῖχος θυγατρὸς Σιών. Ο. τεῖχος Σιών.

טפחתי 22. Αλλος, ἀλγίω (l. παλαίω.) Ο. ἐπεκράτησα.

2. *Heb.* non pepercit, omnia. *LXX.* non parcens, omnia. *Vulg. nec pepercit, omnia.*

5. *Heb.* ompia palatia ejus. *S.* palatia regia ejus. *LXX.* palatia ejus. *Vul. omnia mœnia ejus.*

8. *H. LXX. Vulg.* murum. *S.* murum regiæ.

18. *H. Al.* murus filiæ Sion. *LXX.* muri Sion. *Vulg. ſuper muros filia Sion.*

22. *Heb.* palmis obvinxi. *Alius*, luctor? *LXX.* invalescere feci. *Vul. educavi.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. II. Threnorum Jeremiæ.

v. 2. ※ Σ. σοὶ : παῖδα. Mſ. Jeſ. Mirum ſane videatur etiam Symmachum particulam σοὶ notam accuſativi caſus nimio ſcrupulo, quaſi prætermiſſam a LXX. per σοὶ exprimere, quod paſſim præſtitit Aquila, cujus eſſe credimus illud additamentum σοὶ. Vide Monitum.

v. 5. Σ. τὰ βασίλεια αὐτῆς. Druſius.

v. 8. Σ. τεῖχος βασιλείων. Hoc in ſchedis meis reperi: unde vero prodeat, ignoro. Illud autem, βασιλείων ſuſpectum eſt.

v. 18. ἄλλος, τεῖχος θυγατρὸς Σιών. Mſ. Jeſ. ſine Interpretis nomine.

v. 22. Mſ. Jeſ. ἀλαῖω. Puto legendum παλαίω. Vide Lexicon Hebraïcum in voce נפח & Græcum in voce παλαίω & παλαιστής.

THRENORUM JEREMIÆ CAP. III.

3. ושב ידו כל־היום 3. Ο. ἐπέστρεψε ※ ἐς ἔστρεψεν.

5. בנה עלי 5. Ο. ᾠκοδόμησε κατ' ἐμοῦ ※ ἐν μόχθῳ.

נחשתי 7. Σ. τὸν τραχήλου μου ζυγόν. Ο. χαλκοῦν μου.

במרורים 15. Ο. πικρίας. Αλλ. ἄμμου.

3. *Hebr.* converſus eſt, vertit. *LXX.* convertit ※ & vertit. *Vulg. vertit & convertit.*

5. *Hebr.* ædificavit ſuper me. *LXX.* ædificavit contra me ※ in marmore. *Vulg. edificavit in gyro meo.*

7. *Hebr. Vulg.* compedem meum. *S.* jugum colli mei. *LXX.* æs meum.

15. *Hebr.* in amaritudinibus. *LXX.* amaritudine. *Alius*, arenam. *Vul. amaritudinibus.*

לעגה O. χολῆς. Αλλ. πικρίας.

16. ויגרס בחצץ Σ. ὁ Σύρος, ἐν πέτρᾳ ἐξέρησέ με. O. ᾧ ἐξέβαλε ψήφῳ.

18. ואמר אבד O. ᾧ ἀπώλετο. Αλλ. ᾧ εἶπα, ἀπώλετο.

19. זכור־תזכור ותרודי לענה וראש Αλλ. πικρίας ✻ χάρ: μου ᾧ χολῆς μου ✻ μνείᾳ: μνησθήσομαι. O. πικρία ᾧ χολή μου μνησθήσεται.

20. תשיח עלי Σ. (ἑαυτῇ προσλαλήσῃ.) O. καταδολεχήσῃ ἐπ' ἐμέ.

23. חדשים לבקרים־רבה אמונתך Αλλος, εἰς τὰς πρωΐας ἐπληθύνει ἡ πίστις σου. O. καινὰ (al. μιᾶς) εἰς τὰς πρωΐας πολλὴ ἡ πίστις σου.

29. יתן בעפר פיהו אולי יש תקוה Αλλος, δώσῃ ἐν χώματι στόμα αὐτοῦ, εἰ ἄρα ἔστιν ἐλπίς. ὁ Σύρος, ἐν γῇ. Αλλος, ἐν χοιρτῷ. In O. vacat.

40. ונחפשה דרכינו Αλλος, τὰ διαβήματά μου. O. ἡ ὁδὸς ἡμῶν.

41. אל־כפים אל־אל בשמים Αλλος, πρὸς ὑψηλὸν ἐπὶ χεῖρας ἡμῶν ἐν οὐρανῷ. O. ἐπὶ χεῖρας πρὸς ὑψηλὸν ἐν οὐρανῷ.

46. פצו עלינו פיהם כל־אויבינו פחד ופחת היה לנו השאת והשבר Σ. ὅλῳ τῷ στόματι κατέπιον ἡμᾶς, καὶ εἰς βάθος κακῶν ὑπηνέχθημεν, φόβου καὶ παραχῆς ἐμπλησθέντες. O. διέῳξαν ἐφ' ἡμᾶς τὸ στόμα αὐτῶν πάντες οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν, φόβος καὶ θυμὸς ἐγένηθη ἡμῖν, ἔκπτωσις καὶ συντριβή.

פחד Σ. πτόησις· οἱ λοιποὶ, θάμβος. O. φόβος.

49. עיני נגרה ולא תדמה מאין הפגות Σ. ὁ ὀφθαλμός μου ἐπάμφθη, καὶ οὐκ ἐπαύσατο, τοῦ μὴ εἶναι ἄνεσιν. O. ὁ ὀφθαλμός μου κατεπόθη, καὶ οὐ σιγήσομαι, τοῦ μὴ εἶναι ἔκπτωμιν.

51. Σ. ὅτι κατεπόντωσέ μου θάλασσα.

63. O. ὅτι τὰς ὀφθαλμὰς αὐτῶν. Αλλος, ἐγὼ ἀπὸ τῶν ψαλμῶν αὐτῶν.

H. Vul. absinthio. *LXX.* felle. *Alius*, amaritudine.

16. *H.* & confregit in lapillo. *Syrus*, in petra privavit me. *LXX.* & ejecit calculo. *Vulg. & fregit ad numerum.*

18. *Hebr. Alius*, *Vul.* & dixi, Periit. *LXX.* & periit.

19. *H.* & rebellionis meæ absinthii & fellis recordando recordabitur. *Al.* Amaritudinis ✻ enim: meæ, & fellis mei ✻ recordatione: recordabor. *LXX.* amaritudo & fel meum in memoria erit. *Vulg. absinthii & fillis. Zain*, *Memoria memor ero.*

20. *Hebr.* & incurvabitur super me. *S.* seipsam alloquetur. *LXX.* recolet super me. *Vulg. tabescet in me.*

23. *Hebr.* novæ matutinis: multa fides tua. (*S*) in matutinis multiplicabatur fides tua. *LXX.* nova (*al.* menses) in matutinis multa fides tua. *Vulg. novi diluculo*, *multa est fides tua.*

29. *Heb.* Dabit in pulvere os suum, si forte sit præstolatio. *Alius*, Dabit in pulvere os suum, si forte sit spes. *Syrus*, in terra. *Alius*, in pulvere. *In LXX. vacat. Vulg. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.*

40. *Hebr. Vulg.* vias nostras. *Alius*, gressus meos. *LXX.* via nostra.

41. *Hebr.* ad volas ad Deum in cœlis. *Alius*, ad altum super manus nos in cœlis. *LXX.* cum manibus ad excelsum in cœlo. *Vulg. cum manibus ad Dominum in cœlos.*

46. *Hebr.* Patefecerunt super nos os suum omnes inimici nostri: formido & fovea fuit nobis, vastatio & contritio. *S.* toto ore devorabant nos, & in profundum malorum dejecti sumus, timore & perturbatione repleti. *LXX.* Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri. Timor & furor factus est nobis, tumor & contritio. *Vulg. Phe: aperuerunt super nos os suum omnes inimici. Phe: formido & laqueus, facta est nobis vaticinatio & contritio.*

Heb. S. Vul. formido. *Reliqui*, stupor. *LXX.* timor.

49. *H.* Oculus meus defluxit, & non tacuit a non intermissionibus. *S.* Oculus meus immoratus est, & non cessavit, eo quod non esset remissio. *LXX.* Oculus meus absorptus est, & non tacebo, eo quod non sit requies. *Vul. Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quod non esset requies.*

51. *S.* quia demerserunt me lacrymæ.

63. *Heb.* ego modulationes eorum. *LXX.* in oculos eorum. *Alius*, ego a psalmis eorum. *Vul. ego sum psalmus eorum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Threnorum Jeremiæ.

v. 31 ✻ ᾧ ἔκρυφεν. Mſ. Jeſ.

v. 5. ἐπ' μαμμάρρ. Sic cum aſteriſco Idem: quod unde prodeat, ignoro. In Hebræo nihil ſimile habetur.

v. 7. Σ. τὸν τῦ τραχήλου μου ζυγόν. Druſius, qui hoc Origenis ſcholion adfert ex Edit. Rom. λέγω δὲ ζυγὸν ᾧ τοὺς κλοιοὺς τοὺς σιδηροῦς, οὓς ἀντὶ ξυλίνων θεῦ κελεύσει περιέκλεισε. φέρεται γὰρ ᾧ γραφή· ἐβάρυνε τὸν χαλκὸν τῦ τραχήλου μου. l. Dixit jugum, & ipſos vectes ferreos, quos pro lignis Dei juſſu circumdederat. Fertur enim ſcriptura: Aggravavit æs colli mei.

v. 15. Αλλ. ἄμμοι, & mox, αλλ. πικρίας. Ex Mſ.

Jeſ.

v. 16. ὁ Σύρος, ἐν πίτῃ ἐφίρασί με. Druſius.

v. 18. Αλλ. ἤγγικε, ἀνεβλίβη. Mſ. Jeſ.

v. 19. πτερύγες ✻ גש &c. In Mſ. Jeſ. ubi aſteriſcis notavimus, ut quid adjiciatur notum ſit.

v. 20. Σ. ἐκυτῇ περιπλοκήν. Hanc Symmachi lectionem in ſchedis meis reperi, nec ſcio unde prodeat.

v. 23. Αλλος, εἰς τὰς ἁμαρτίας &c. Mſ. Jeſ.

v. 19. Αλλ. ἡμέραι ἐν χείματι &c. Idem.

Ibid. ὁ Σύρος, ἐν γῇ. Theodoretus.

v. 40. Αλλ. τὰ ἐξερεύνματά μου. Idem.

v. 41. Αλλ. προφὺλαν &c. Idem.

v. 46. Σ. πτύσαι ἅλυ τῷ στόμ- &c. Colbertinus ex Origene. Sed πτύσαι reſpondet voci פחר ut & θάμβος, quod alius Reliquorum eſſe dicit. Cætera autem Symmachi, quæ adfert Colbertinus, magis ſenſum quam verba ipſa Symmachi referunt.

v. 49. Σ. ὁ ἀφθαλμός μου &c. Sic Druſius. At Colbertinus ex Origene, κ᾽ ἀλ τὸν Σύμ. ἐσήμανέ τε ἀληθῶς, ὡσ᾽ ἐξέλιπον. In notis vero Editionis Romanæ ſic legitur: *Origenes*, κ᾽ Σύμ. ὅτι κατεπόντισέν με τὰ ἀλάτρια, τῷ τῶν ἐν ὕδατι πνιγομένων μεθερμ. κ᾽ ἀλ τὸν Ο, καθάπτει με τὰ ἀλάτρια, καθάνερ ἀμπελον ἀκριβῶς τρυγητάς.

v. 63. Αλλος, ἐγὼ λέγ τὸν ψαλμῶν αὐτῶν. Mſ. Jeſ.

THRENORUM JEREMIÆ CAP. IV.

3. תנין Σ. σειρῆνες. Ο. δράκοντες.

בת יענים Σ. ὡς στρουθοκάμηλοι. Ο. ὡς στρουθίον.

6. כמרגע Σ. ἐξαπίνης. Ο. ὥσπερ αὐτοδι.

ולא־חלו בה ידים Σ. ὧν οὐκ ἔτρωσαν χεῖρες. Ο. καὶ οὐκ ἐπόνεσαν ἐν αὐτῇ χεῖρας.

7. זכו נזיריה מחלב צחו מחלב אדמו עצם כפנינים ספיר גזרתם Σ. ἄχραντοι ἀφωρισμένοι αὐτῆς ὑπὲρ χιόνα, λαμπρότεροι γάλακτος, πυρρότεροι τ ἕξιν ὑπὲρ τὰ μαργαρίτα, σαπφείρου τὸ μέλαν αὐτῶν. Ο. ἐκαθαρίσθησαν Ναζιραῖοι αὐτῆς ὑπὲρ χιόνα, ἐλαμπύνθη ὑπὲρ γάλα, ἐπυρώθησαν, ὑπὲρ λίθα σαπφείρου ὁ διαπασμὸς αὐτῶν.

8. חשך משחור תארם Σ. σκοτεινότερον ἀσβόλης ὁ εἶδος αὐτῶν. Ο. ἐσκότασεν ὑπὲρ ἀσβόλιν ὁ εἶδος αὐτῶν.

14. נעו עורים בחוצות נגאלו בדם בלא יוכלו יגעו בלבשיהם Σ. ἀκατάστατοι ἐγένοντο τυφλοὶ ἐν τ᾽ ἐξόδοις, ἐφύρησαν ἐν αἵματι, ὡς μὴ δύνασθαι ἅψασθαι τ ἐνδυτος αὐτῶν. Ο. ἐσαλεύθησαν ἐγκήγοροι αὐτῶν ἐν τ᾽ ἐξόδοις, μολυνθῆναι ἐν αἵματι· ἐν τῷ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς, πλύνειν ἐνδυμάτων αὐτῶν.

18. צדו 18. ὁ Σύρος, ἐθηρεύσατο. Ο. ἐθηρεύσαμεν.

רוח אפינו 20. A. πνεῦμα μυκτήρων ἡμῶν. Σ. πνοὴ μυκτήρων ἡμῶν. Ο. πνεῦμα προσώπου ἡμῶν.

3. *Hebr.* draco. *S.* ſirenes. *LXX.* dracones. *Vulg. lamiæ.*

Hebr. veluti ululæ. *S.* quaſi ſtruthocameli. *LXX. S. Vul.* quaſi ſtruthio.

6. *H.* quaſi repente. *S.* repente. *LXX.* quaſi ſubito. *Vulg. in momento.*

H. & non reſederunt in ea manus. *S.* quam non vulneraverunt manus. *LXX.* & non laborayerunt in ea manibus. *Vulg. & non ceperunt in ea manus.*

7. *Hebr.* Mundi fuerunt Nazaræi ejus præ nive, canduerunt præ lacte, rubuerunt corpore præ margaritis: Sapphir exciſio eorum. *S.* Immaculati ſunt ſegregati ejus ſupra nivem, ſplendidiores lacte, rubicundiores corpore ſuper conſpicua: ſapphirus membra eorum. *LXX.* Mundati ſunt Naziræi ejus ſuper nivem, ſplenduerunt ſuper lac, rubuerunt, ſuper lapidem Sapphiri exciſio eorum. *Vulg. Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores.*

8. *Hebr.* obſcurata eſt præ nigredine forma eorum. *S.* obſcurior fuligine ſpecies eorum. *LXX.* obtenebrata eſt ſuper fuliginem ſpecies eorum. *Vulg. denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.*

14. *Hebr.* Moverunt ſe cæci in plateis, polluerunt ſe, ut non poſſint tangere in veſtimenta eorum. *S.* Inſtabiles facti ſunt cæci in plateis, conſperſi ſunt ſanguine, ut non poſſet tangi veſtimentum eorum. *LXX.* Commoti ſunt vigiles ejus in plateis: polluti ſunt in ſanguine, cum ipſi non poſſent, tetigerunt veſtimenta ſua. *Vulg. Erraverunt cæci in plateis, polluti ſunt in ſanguine: cumque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas.*

18. *H. Syrus*, venati ſunt. *LXX.* venati ſumus. *Vul. lubricaverunt.*

20. *Hebr. A.* ſpiritus narium noſtrarum. *S.* halitus narium noſtrarum. *LXX.* ſpiritus faciei noſtræ. *Vul. ſpiritus oris noſtri.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IV. Threnorum Jeremiæ.

v. 3. Σ. σειρῆνες. Ex Druſio & ex Edit. Romana, ut & aliæ pene omnes hujus Capitis lectiones.

Ibid. Σ. ὡς στρουθοκάμηλοι. Editio Romana ex Olympiodoro, qui ſic habet: διοπτεύων κ᾽ τὰς στρουθοκαμ-

λους μὰ ἀναπάμενοι, ἀλλὰ πλὴ γῆν ἀεὶ σχίζοντες. τὸ γὰρ στρουθίον ὕτως ἐξέδωκε Σύμμαχος. i. *Avolare enim more ſtruthocamelorum non poſſunt, ſed ſemper in terra diſcurrunt.* στρουθίον enim ita edidit Symmachus.

v. 6. Σ. ἐξαπίνης. Colbertinus ex Origene, itemque Editio Romana.

Ibid. Σ. διὰ τὴν ἔτρωσιν χώρας. Idem.

v. 7. Σ. ἀχραντοι Idem. Colbertinus autem ſic habet: ἡγιασμένοι γὰρ τὸ, Ναζηραῖοι, ἀγνοῖ· ὕτω γὰρ Σύμμ. & Θεοδότιων ἐν τῷ Ἀμὼς τοὺς ἡγιασμένους ἐξέδοσαν. . . . . ἔχει δὲ τὰς χρυσᾶς φιάλας· ἃς δὲ πλὴν ἔξω αὐτοῦ ὁ Συμμ. ἀνεῖκεν.

v. 8. Σ. σκοτεινότεροι &c. Druſius.

v. 14. Σ. ἀκαθάρτοις &c. Colbert. & Edit. Rom.

v. 18. ὁ Σύμ. ἐθήρευσαν. Theodoretus. Druſius legit, ἐθηρεύσαντο.

v. 20. Α. πνεῦμα μυκτήρων ἡμῶν &c. Druſius ex Edit. Romana.

THRENORUM JEREMIÆ CAP. V.

4. מימינו Αλλ. ἐξ ἡμερῶν ἡμῶν. O. ὕδωρ ἡμῶν.

5. על צוארנו Σ. ὁ ζυγὸς τῆς παχύλου ἡμῶν. O. ἐπὶ τὸ παχύλον ἡμῶν.

6. מצרים נתנו יד אשור לשבע לחם Σ. τοῖς Αἰγυπτίοις μὲν ἑαυτοὺς ἐξεδώκαμεν· τοῖς δὲ Ασσυρίοις λιμῷ πιεζόμενοι προσπεράμομεν. O. Αἴγυπτος ἔδωκε χεῖρα, Ασσὺρ εἰς πλησμονὴν αὐτῶν.

4. *Hebr.* aquas noſtras. *Alius*, ex diebus noſtris. *LXX. Vul.* aquam noſtram.

5. *Heb.* ſuper colla noſtra. *S.* jugum contra collum noſtrum. *LXX.* ſuper collum noſtrum. *Vulg. cervicibus noſtris.*

6. *Heb.* Ægypto dedimus manum, Aſſyrio, ut ſaturaremur pane. *S.* Ægyptiis quidem nos ipſos dedimus; ad Aſſyrios autem fame compulſi accurrimus. *LXX.* Ægyptus dedit manum, Aſſur ad ſatietatem eorum. *Vul. Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis ut ſaturaremur pane.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. V. Threnorum Jeremiæ.

v. 4. Αλλος, ἐξ ἡμερῶν ἡμῶν. Mſ. Jeſ. Vox Hebraïca utroque poteſt modo explicari, ſi varie legatur.

v. 5. Σ. ζυγὸς τοῦ παχύλου ἡμῶν. על ſi varie legatur, utramque explicationem admittit, & ζυγὸς, & ἐπὶ, vel ὑπὲρ.

v. 6. τῷ δὲ Σύμμαχον, τοῖς Αἰγυπτίοις μὲν &c. Ubi putamus non verba Symmachi, ſed ſenſum exprimi. LXX. legiſſe videntur להם pro לחם

IN EZECHIELEM

MONITUM.

His uſi ſumus Manuſcriptis Editiſque Libris, in colligendis veterum Interpretum Lectionibus.

Codice RR. PP. Jeſuitarum unde multa excerpſimus.

Codice Coisliniano in Ezechielem, pervetuſto.

Codice Regio Bombycino XIII. ſeculi.

Codice San-Germanenſi Antiquiſſimo Langobardicis litteris deſcripto, ubi S. Hieronymi Comment in Ezechielem.

Origene multis in locis.

Gregorio Neocæſarienſi in Ezechielem.

Euſebio de locis Hebraïcis.

Athanaſii edito ſemel.

Hieronymi Edito Comment. in Ezechielem.

Theodoreti Edito in Ezechielem.

Notis Romanæ Editionis & Druſii.

EZECHIELIS

CAPUT PRIMUM.

הגולה 1. Οἱ λοιποὶ, μετοικεσίας. Ο. αἰχμαλωσίας.

כבר χοβὰρ βαρυσμός.

עלי שם 3. Ο. ἐπ' ἐμὲ ※ ἐκεῖ.

רוח סערה 4. Α. (ἄνεμος λαίλαπος) Σ. πνεῦμα καταιγίζον. Ο. πνεῦμα ὀξαίρεσιν. Θ.....

ונגה לו סביב ומתוכה כעין החשמל מתוך האש ὁ Εβραῖος, φῶς γὰρ ἐν μέσῳ αὐτοῦ ὡς ὅρασις ἴριδος, καὶ αὕτη διαφανὴς ἐν μέσῳ αὐτῆς. Ο. καὶ φέγγος κύκλῳ αὐτῆς καὶ πῦρ ἐξαστράπτον, καὶ ἐν ᾧ μέσῳ αὐτῆς ὡς ὅρασις ἠλέκτρου ἐν μέσῳ τοῦ πυρός.

וארבע כנפים לאחת להם 6. Ο. καὶ τέσσαρες πτέρυγες τῷ ἑνί ※ Α. Θ. αὐτοῖς.

ורגליהם רגל ישרה 7. Ο. καὶ τὰ σκέλη αὐτῶν. ※ σκέλη: ὀρθά.

וכף רגליהם ככף רגל עגל Α. ὃ δὲ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν ὡς ἴχνος τροχήλου. Σ. ὃ δὲ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν ὡς ἴχνος μόχλου. In O. vacat, & textus non convenit.

וכנפיהם לארבעתם חברת אשה אל־אחותה כנפיהם לא־יסבו ※ Α. Θ. Ϛ αἱ πτέρυγες αὐτῶν τῶν τεσσάρων ἁρμὸς ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ, καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν οὐκ ἐπιστρέφοντο.

ופניהם 11. ※ καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. In O. vacat.

לא יסבו בלכתן 12. Ο. καὶ οὐκ ἐπέστρεφον ※ ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι αὐτά.

והחיות רצוא ושוב כמראה הבזק 14. ※ Θ. Ϛ τὰ ζῶα ἔτρεχον καὶ ἀπέκαμπτον ὡς εἶδος τῆς Βεζέκ. Α. (καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον καὶ ἀπέκαμπτον) ὡς εἶδος ἀποῤῥοίας ἢ ἀστραπῆς. Σ. (καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον καὶ ἀπέκαμπτον) ὡς εἶδος ἀκτῖνος ἀστραπῆς. In O. vacat.

ומעשיהם כעין תרשיש 16. Α. Ϛ αἱ ποιήσεις αὐτῶν ὡς ὀφθαλμὸς χρυσολίθου. Σ..... ὡς ὅρασις ὑακίνθου. Θ. καὶ αἱ ποιήσεις αὐτῶν ὡς εἶδος Θαρσεῖς.

1. HEb. & Reliqui, transmigrationis. LXX. captivitatis. *Vulg. captivorum.*

Heb. Chobar, aggravatio.

3. *H. Vulg.* super eum ibi. *LXX.* super me ※ ibi.

4. *Heb. A. Vulg.* ventus turbinis. *S.* spiritus procellosus. *LXX.* spiritus auferens. *Th.* flatus tempestatis.

H. & splendor ei undique, & de medio ejus veluti species crepitantis flammæ, de medio ignis. *Hebræus*, Lumen quippe in medio ejus quasi aspectus iridis, & ipsa perspicua erat in medio eorum. *LXX.* & splendor in circuitu ejus, & ignis fulgurans, & in medio ejus quasi visio electri, in medio ignis. *Vulg. & splendor in circuitu ejus: & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis.*

6. *H.* & quatuor alæ unicuique eis. *LXX.* & quatuor alæ uni. ※ *A. Th.* eis: *Vul. & quatuor pennæ uni.*

7. *H.* & pedes eorum, pes rectus. *LXX.* & crura eorum ※ crura; recta. *Vul. pedes eorum pedes recti.*

Hebr. & planta pedum eorum veluti planta pedis vituli. *A.* vestigium vero pedum eorum veluti vestigium rotundum. *S.* vestigium autem pedis eorum quasi vestigium vituli. *In LXX. vacat. Vulg. & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.*

8. *Heb.* & alæ eorum in quatuor ipsis junctæ alia ad aliam, alæ eorum non revertebantur. ※ *A. Th.* & alæ eorum quatuor junctæ alia ad aliam, & alæ eorum non revertebantur. *Vulg. & pennas per quatuor partes habebant. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum: non revertebantur.*

11. *H.* ※ & facies eorum. *In LXX. vacat. Vulg. facies eorum.*

12. *Hebr.* non revertebantur in ambulando illa. *LXX.* & non revertebantur ※ in exeundo ipsa: *Vul. nec revertebantur cum ambularent.*

14. *Heb.* & animalia currere & redire, secundum aspectum coruscationis. ※ *Th.* & animalia currebant & deflectebant quasi species Bezec. *A.* (& animalia currebant & deflectebant) quasi species fluxus aut fulguris. *S.* (& animalia currebant & reflectebant) quasi species radii fulguris. *Vulg. & animalia ibant & revertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis.*

16. *Heb.* & opus earum quasi aspectus Tharsis. *A.* & operationes earum quasi oculus chrysolithi. *S.* . . . . quasi visio hyacinthi. *Th.* & operationes earum quasi species Tharsis. *Vulg. & opus earum, quasi visio maris.*

ודמות אחד לארבעתן ומראיהם ומעשיהם O. ὁμοίωμα ἓν τῶν τεσσάρων ※ Θ. ἡ ὄψεις αὐτῶν: καὶ ὃ ἔργον αὐτῶν.

Heb. & ſimilitudo una quatuor ipſis aſpectus earum: & opus earum. *LXX.* & ſimilitudo una quatuor. ※ *Th.* & viſio earum: & opus earum. *Vulg. & una ſimilitudo ipſarum quatuor: & aſpectus earum, & opera.*

אל־ארבעת רבעיהן בלכתם ילכו 17. O. ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη αὐτῶν. ※ Θ. ἐν ᾧ πορεύεσθαι αὐτὰς: ἐπορεύοντο.

17. *H.* ad quatuor quadrilatera ſua in eundo ibant. *LXX.* ad quatuor partes ipſarum. ※ *Th.* in procedendo ipſos: procedebant. *Vulg. per quatuor partes earum euntes ibant.*

וראה להם 18. Αλλ. καὶ φοβεραὶ ἦσαν.

18. *Hebr.* & pavor propter eas. *Al.* & terribiles erant. *Vulg. & horribilis aſpectus.*

ולכו האופנים אצלם 19. O. ἐξήροντο ※ A. Θ. αἱ ἅμαξαι ἐν αὐτοῖς.

19. *Heb.* ambulabant rotæ juxta ea. *LXX.* extollebant ſe. ※ *A. Th.* rotæ in ipſis. *Vulg. ambulabant pariter & rotæ juxta ea.*

בקול־שדי בלכתם קול דבלה כקול מחנה 24. ※ Θ. ὡς φωνὴ ἱκανοῦ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ, φωνὴ τοῦ λόγου, ὡς φωνὴ παρεμβολῆς.

24. *H.* tamquam vocem Saddai in eundo ipſa, vocem loquelæ tamquam vocem caſtrorum. ※ *Th.* tamquam vocem potentis cum ambularent ipſa: vox verbi tamquam vox caſtrorum. *Vul. quaſi ſonum ſublimis Dei: cum ambularent quaſi ſonus erat multitudinis, ut ſonus caſtrorum.*

שדי A. Σ. ἱκανοῦ.

Hebr. ſaddai. *A. S.* potentis. *Vulg. ſublimis Dei.*

בעמדם תרפינה כנפיהן וכמעל לרקיע אשר 26. על־ראשם ※ Θ. ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ αἰώρημα. αἱ πέρυγες αὐτῶν, ἐν ὑπαφαίῳ τῷ στερεώματος τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν.

26. *H.* cum ſtarent, demittebant alas ſuas, & deſuper firmamentum, quod ſuper caput eorum. ※ *Th.* cum ſtarent ipſa remittentia: alæ eorum & ſupra firmamentum quod ſuper caput eorum. *Vulg. ſtabant & ſubmittebant alas ſuas. Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum.*

כמראה־אש בית־לה סביב 27. ※ A. Θ. ὡς ὅρασις πυρὸς ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ.

27. *H.* tamquam aſpectus ignis domus ipſi circum. ※ *A. Th.* quaſi viſio ignis intra ipſum in circuitu. *Vul. velut aſpectum ignis, intrinſecus ejus per circuitum.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. I. Ezechielis.

v. 1. οἱ λοιπ. τῆς μετοικεσίας. Druſius. In hunc vero locum Hieronymus: *Significantiuſque juxta Hebræos & cæteros Interpretes tranſmigratio dicitur Joachim, & non captivitas, quod LXX. tranſtulerunt. Non enim captus urbe ſuperata, ſed voluntate ſe tradens, ductus eſt in Babylonem. Igitur Joachim, i. Jechonia, dicatur prima tranſmigratio: Sedecia autem ſecunda, vel extrema captivitas.* Hic Codex Jeſ. has nominum propriorum interpretationes adfert, Χοβὰρ βαρυμὸς, Ιακεὶμ, Ιαὼ ἑτοιμάσει, Ιεζεκιὴλ, κράτος θεοῦ, Βοζὶ, ψηφαλωτούμενος.

v. 3. ※ ἐκεῖ. Mſ. Jeſ.

v. 4. Hieronymus: *Aq.* ventus turbinis (quem ſequitur ipſe Hieron.) *Sym. & Theodotio*, flatus ac ſpiritus tempeſtatis. Aquila Græce haud dubiè habuiſſe videtur ἄνεμος ὀλέθρου. Vide Lexicon Græcum in λαίλαψ. Symmachi lectionem Græce adfert Theodoretus.

Ibid. ὁ ἐξαίρων, φῶς ᾗδ ἐν μέσῳ αὐτοῦ &c. Mſ. Reg. bombycinus, ſimiliterque Coiſlinianus ex Polychronio.

v. 6. ※ A. Θ αὐτοῖς. Mſ. Jeſ.

v. 7. ※ ὁμοία: Idem.

Ibid. Gregorius Neocæſarienſis in Ezechielem cap. i. qui Commentarius etiam Gregorio Nazianzeno falsò adſcribitur: τὸ ἴχνος δὲ τῶν ποδῶν, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, μόχθου δεῖ τὸ γεωπόνου· ὡς δὲ Ἀκύλας, στρόγγυλον, δεῖ τὸ βάλλιστρον ἢ τὸ ἁμαξίτου, τὸ αὖθις δὲ τῶν τροχῶν· ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος, ὑακίνθινον.

v. 8. ※ A. Θ. καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν. Mſ. Jeſ.

v. 11. ※ καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Idem.

v. 14. ※ Θ. καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον &c. Hæc ex Mſ. Jeſ. Druſio, & Hieronymo, qui ſic habet: *Quòdque ſequitur, & animalia currebant, & revertebantur quaſi ſpecies Bezec; de Editione Theodotionis in LXX. additum eſt.* Et paulo poſt: *Eſſetque quæſtio, niſi ſequeretur*, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis, *quod Hebraïco ſermone dicitur* Bezec, *& interpretatus eſt Symmachus*, quaſi ſpecies radii fulguris.

Druſius hæc notat in vocem בזק *Scholion*, τὸ βλῆμα ἀστραπῆς σημαίνει. *Greg. Naz.* Bezec, fulgur. *Hieron.* fulgur coruſcans. *Philo in Nom. ex libro Judicum*, fulgur micans. *Idem*, Adonibézec, Dominus meus fulgurans, *vel*, Dominus fulminis.

v. 16. Mſ. Jeſ. ※ A. Θ, καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν ὡς ὄψις θαρσεῖς. Ubi priora tantum verba, καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν, Aquilæ eſſe poſſunt. Nam poſteriora, niſi ex altera ejus Editione prodierint, Aquilæ eſſe nequeunt: notat enim idem Codex, A. ὡς ὀφθαλμὸς χρυσόλιθου. Σ. ὡς ὅρασις ἰακίνθου. Hanc vero lectionem aſſerit ſupra Gregorius Neocæſarienſis, ubi ait, ὡς μὲν ὁ Σύμμαχος ὑακίνθινον. Quamobrem cum ait Hieronymus: *Pro* Tharſis, *quam nos in* mare *vertimus, Aquila* hyacinthum *poſuit, qui lapis cæli habet ſimilitudinem*: vel memoria Labitur, vel a Librariis vitiatus videtur. Scholion, τὸ θαρσεῖς χρυσόλιθον φασι, ἢ ὑάκινθον. quod ex Edit. Rom. habet Druſius.

Ibid. ※ Θ. καὶ ἡ ὅρασις αὐτῶν. Mſ. Jeſ.

v. 17. ※ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτάς: Idem.

v. 18. Αλ. καὶ φοβεραὶ ἦσαν. Druſius, qui addit: *Legitur in quibuſdam Libris; & apud Theodoretum, nec Hieron. agnoſcit in verſione.*

v. 19. ※ A. Θ. οἱ πρεσβεῖς ἐν αὐτοῖς. Mſ. Jeſ.
v. 24. ※ Θ. ὡς φωνὴν ἰσχυρᾶν &c. Mſ. Jeſ. Aquila item & Symmachus ἰσχυρὸν vertunt, ut ait Theodoretus. Vide Lexicon Hebraïcum infra ad vocem שדי & Græcum ad vocem ἰσχυρὸς.
v. 26. ※ Θ. ἐν τοῖς ἰσχυροῖς &c. Mſ. Jeſ.
v. 27. ※ A. Θ. ὡς ὅρασις &c. Idem.

EZECHIELIS CAP. II.

3 וישׁעו בי עד־עצם היום הזה והבנים קשי פנים וחזק־לב אני שלח אותך אליהם ※ Θ. ἀπέλυσάν με ἐμοὶ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ υἱοὶ σκληροπρόσωποι καὶ τραχυκάρδιοι· ἐγὼ ἀποστέλλω σε πρὸς αὐτούς.

3 *Hebr.* Prævaricati ſunt in me uſque ad corpus diei iſtius: & filii duri facie, & duri corde: ego mittens te ad eos. ※ *Th.* Prævaricati ſunt in me uſque ad hanc diem: & filii duri facie & graves corde: ego mitto te ad eos. *Vulg. Prævaricati ſunt pactum meum uſque ad diem hanc. Et filii dura facie & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te.*

4 אדני יהוה 4. ὁ Ἐξηγεῖτο, ἀδυναῖ ἰλωΐ. O. κύριος κύριος. in Mſ. Jeſ.

4. *H. Vul.* Dominus Deus. *Hebræus*, Adonaï Eloï. *LXX.* Dominus Dominus.

7 יחדלו 7. Οἱ λοιποὶ, κοπάσουσι. O. παυσησθῶσιν.

7. *Hebr. & Reliqui*, ceſſent. *LXX.* timeant. *Vul. quieſcant.*

10 וכתוב אליה קינים והגה והי A. γεγραμμένον ἐν αὐτῷ κλῆσις καὶ αἰτίβλησις, καὶ ἔσαι. Σ. θρῆνος καὶ κατάλειγμα καὶ μέλος πνιγηλόν. O. Θ. θρῆνος καὶ μέλος καὶ οὐαί.

10. *Hebr.* & ſcriptum in ea lamentationes, & gemitus, & væ. *A.* & ſcriptum in ea poſſeſſio & collatio, & erit. *S.* lamentationes & querimonia, & carmen lugubre. *LXX. Th.* lamentatio & carmen & væ. *Vul. & ſcripta erant in eo lamentationes & carmen & væ.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. II. Ezechielis.

v. 3. ※ Θ. ἀπέλυσάν με ἐμοὶ &c. Mſ. Jeſ. Eamdem porro lectionem ſequitur Theodoretus, qui tamen habet θρασυκάρδιοι, pro τραχυκάρδιοι. Hieronymus in Comment. ait hæc apud LXX. non haberi.
v. 4. ὁ Ἐξηγεῖτο, ἀδυναῖ ἰλωΐ. Ita Regius Codex bombycinus.
v. 7. οἱ λοιποὶ, κοπάσουσι. Idem.
v. 10. A. γεγραμμένον ἐν αὐτῷ &c. Hæ lectiones prodeunt ex Notis Edit. Romanæ, & ex Reg. Bombycino, ubi legitur κτῆσις, ut & in Edit. Rom. ſed male pro κτῶσις: nam קנין derivat Aquila a קנה poſſedit. In verſione Symmachi κατάλειγμα legitur, cujus vocis interpretationem non ſatis aſſequor. Jeremiæ 25. 30. idem habet κατάλειγμα, ſed exprimit ibi vocem Hebraïcam הידד

EZECHIELIS CAP. III.

1 את אשר־תמצא אכול Οἱ Γ. ὃ ἐὰν εὕρῃς φάγε. O. κατάφαγε.

1. *Hebr. & tres Int.* quod inveneris comede. *LXX.* comede. *Vul. quodcumque inveneris comede.*

7 חזק־מצח 7. ※ A. ἰσχυρὸν μετώπῳ. Σ. αἰδοῖς μετώπῳ. O. φιλονείκοι.

7. *Heb.* rigidi fronte. *A.* fortes fronte. *S.* impudentes fronte. *LXX.* contentioſi. *Vul. attrita fronte.*

9 חזק מצר נתתי מצחך 9. O. κραταιότερον πέτρας ※ Θ. δίδωκα τὸ μέτωπόν σου.

9. *H.* fortem præ petra dedi frontem tuam. *LXX.* fortiorem petra ※ *Th.* dedi frontem tuam. *Vulg. & ut ſilicem dedi faciem tuam.*

ולא־תחת ※ Σ. μηδὲ πτοηθῇς. O. μηδὲ φοηθῇς.

Heb. neque conſterneris. ※ *S.* neque cedas. *LXX. Vulg.* neque metuas.

וקול 13. Σ. ἐν σύγχυσιν. O. φωνὴν.

13. *Heb. Vulg.* & vocem. *S.* & concuſſionem. *LXX.* vocem.

תל אביב 15. A. Σ. Θ. Θὴλ ἀβίβ. O. μετέωρος, καὶ περιῆλθον.

15. *H. A. S. Th.* Thel abib. *LXX.* ſublimis, & circuivi. *Vul. ad acervum novarum frugum.*

משתם A. 2. ἠρεμάζων. O. ἀκαταφόμβως. Θ. (θαυμάζων.)

H. ſtupefactus. *A.* 2. quieſcens. *LXX.* converſans. *Th.* admirans. *Vul. mœrens.*

שבעת ימים ויהי דבר־יהוה אלי לאמר 16. O. ἑπτὰ ἡμέρας ※ A. Θ. Σ. ἐν ἐγένετο λόγος κυ-

16. *H.* ſeptem dierum, & fuit verbum Domini ad me, dicendo. *LXX.* ſeptem dies ※ *A. Th. S.* & factum eſt verbum Domini ad me, di-

εἶπ

εἰς τοὺς μὴ λέγων.

והוהרת 17. Σ. καὶ προφυλάξεις. Ο. καὶ ἀπειλήσῃ.

לחיתו 18. Α. τοῦ σῶσαι αὐτόν. Ο. ζῆσαι αὐτόν.

מכשול 20. Οἱ λοιποὶ, σκάνδαλον. Ο. βλάσφημον. Θ. ἀδύναμον.

בי לא הזהרתו ※ Σ. ἐπειδὴ μὴ προεφύλαξας αὐτόν. Ο. ὅτι οὐ διεστείλω αὐτόν.

ולשונך אדבק אל־חכך 26. Ο. καὶ τὴν γλῶσσάν σε συνδήσω ※ Θ. πρὸς τὸν λάρυγγά σου.

ונאלמת Σ. καὶ ἄλαλος ἔσῃ. Ο. καὶ ἀποκαφωθήσῃ.

השמע ישמע והחדל יחדל 28. Α. 2. (ὁ ἀκούων ἀκουσθήσεται, καὶ ὁ καταλείπων καταλειφθήσεται.) Ο. ὁ ἀκούων ἀκουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω.

cens. *Vulg. ſeptem dies, factum eſt verbum Domini ad me, dicens.*

17. *Heb.* & admonebis. *S.* & cuſtodies. *LXX.* & comminaberis. *Vul. & annuntiabis.*

18. *H.* ad vivificandum eum. *A.* ad ſalvandum eum. *LXX.* ut vivat. *Vul. & vivat.*

20. *Heb. Vul.* offendiculum. *Reliqui*, ſcandalum. *LXX.* tormentum. *Th.* infirmitatem.

Hebr. quia non admonuiſti eum. ※ *S.* quia non cuſtodiſti eum. *LXX.* quia non diſtinxiſti ei. *Vulg. quia non annuntiaſti ei.*

26. *H.* & linguam tuam adhærere faciam ad palatum tuum. *LXX.* & linguam tuam colligabo ※ *Th.* ad guttur tuum. *Vul. & linguam tuam adhærere faciam palato tuo.*

Hebr. S. Vulg. & eris mutus. *LXX.* & mutus evades.

28. *Hebr.* audiens audiat, & ceſſans ceſſet. *A.* 2. qui audit audietur, & qui relinquit relinquetur. *LXX.* qui audit, audiat, & qui eſt inobediens, non obediat. *Vulg. qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Ezechielis.

v. 1. οἱ Γ. ὃ ἂν εὕρῃς φάγε. Mſ. Jeſ.

v. 7. ※ Α. ἰσχυροὶ μετώπῳ. Σ. ἀναιδεῖς μετώπῳ. Idem.

v. 9. ※ Θ. σίδηρον &c. Idem. Ibid. ※ Σ. μηδὲ ὑπεύθυνος. Idem.

v. 13. Σ. καὶ σύγχυσιν. Idem.

v. 15. Α. Σ. Θ. θὴλ ἀβίβ. Hieron. *Pro eo quod nos poſuimus*, acervus novarum frugum, *Aquila, Symmachus, & Theodotio ipſa verba poſuêre Hebraica.* Et paulo poſt: *Nos autem ab Hebræis didicimus* Thel abib *ſignificare quando nova frumenta vel hordea congreganiur.*

Ibid. Hieron. *Pro eo quod nos diximus*, mœrens, *& in Hebræo ſcriptum eſt*, MASMIN, *Theodotio tranſtulit*, admirans; *Aquila vero ſecunda Editio, quam Hebræi* ἀχεῖλωθ *nominant; tranſtulit*, ἡσυχάζων; *id eſt*, quieſcens, *& ſeorſum poſitus.*

v. 16. ※ Α. Σ. Θ. καὶ ἐγένετο &c. Mſ. Jeſ.

v. 17. Σ. ὁ προφυλακτής. Idem.

v. 18. Α. τοῦ σῶσαι αὐτόν. Idem.

v. 20 οἱ λοιποὶ, σκάνδαλον. Idem. Θ. ἀδύναμον. Ex Hieronymo, qui ait Theodotionem vertiſſe, *infirmitatem.*

Ibid. ※ Σ. ὅτι οὐ μὴ προεφύλαξας. Mſ. Jeſ.

v. 26. ※ Θ. πρὸς τὸν λάρυγγά σου. Idem.

Ibid. Σ. καὶ ἄλαλος ἔσῃ. Idem.

v. 28. Aquilæ Editionis ſecundæ verſionem Latine adfert Hieronymus, *qui audit audietur* &c. Ex Latinis Græce poſuimus inter uncinos, ὁ ἀκούων &c.

EZECHIELIS CAP. IV.

לבנה 1. Σ. πλίνθον. Ο. πλίνθον.

4. + πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, οὐ κεῖται παρ' Ἑβραίοις.

שלש־מאות ותשעים יום 5. ※ Οἱ λοιποὶ, τριακοσίας καὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας. Ο. ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας.

על־צדך הימני שנית 6. Ο. ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιὸν ※ Α. Θ. δεύτερον.

ככרים 9. Α. 2. Σ. ζέας, vel ζείας. Ο. Θ. ὀλύραν.

לחמם טמא 13. ※ Οἱ Γ. τὸν ἄρτον αὐτῶν ἀκάθαρτον. Ο. ἀκάθαρτα.

ארה אדני יהוה 14. Α. ἆ, ἆ, ἆ. Σ. μηδαμῶς. Ο. μηδαμῶς κύριε ὁ θεὸς Ισραήλ. Θ. ὦ κύριε θεός.

זאת־צפתי 15. Α. Θ. τὰ βόλβιτα. Ο. βόλβιτα.

מצה־לחם 16. Α. 1. ἄρτου. Α. 2. Σ. Θ. στήριγμα ἄρτου. Ο. στερίγμα ἄρτου.

1. HEbr, LXX. *Vul.* laterem. *S.* laterculum.

4. ÷ quinquaginta & centum, *non exſtat apud Hebræos.*

5. *H. Vulg.* trecentos nonaginta dies. ※ *Reliqui*, trecentos & nonaginta dies. *LXX.* nonaginta & centum dies.

H. Vul. ſuper latus tuum dexterum ſecundo. *LXX.* ſuper latus tuum dexterum ※ *A. Th.* ſecundo.

9. *H.* ſpeltas. *A.* 2. *S.* ſpeltam. *LXX. Th.* olyram. *Vul. viciam.*

13. *H.* ※ *Tres Int. Vulg.* panem ſuum pollutum. *LXX.* immunda.

14. *Heb.* Ahah, Domine Deus. *Aq.* a, a, a. *S.* nequaquam. *LXX.* nequaquam Domine Deus Iſrael. *Th.* ô, Domine Deus. *Vul. A, a, a; Domine Deus.*

15. *H.* ſtercora. *A. LXX. Th.* ſtercora boum. *Vulg. ſimum boum.*

16. *H. A.* 1. *Vulg.* baculum panis. *A.* 2. *S. Th.* firmamentum panis. *LXX.* fulcimentum panis.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. IV. Ezechielis.

v. 1. Hieron. *Pro latere, qui Græce dicitur fœminino genere ἡ πλίνθος, Symmachus manifestius interpretatus est πλινθίον, quem nos* laterculum *&* abacum *appellare possumus. In cujus pulvere solent Geometræ γράμμας, i. lineas radiosque describere.*

v. 4. Hæc nota ex Ms. Jes.

v. 5. ※ οἱ λοιπ. τριακοσίας &c. Hic dies pro annis habendos putat Hieronymus, qui hæc fusissime pertractat in Commentario, dicitque post alia multa: *Satisque miror cur Vulgata Exemplaria* centum nonaginta annos *habeant; & in quibusdam scriptum sit,* centum quinquaginta; *cum perspicue & Hebraicum, & Aquila, Symmachusque & Theodotio* trecentos nonaginta annos *teneant; & apud ipsos LXX. qui tamen non sunt scriptorum vitio depravati, idem numerus reperiatur.* Et sane in Notis Edit. Rom. dicitur quædam Exemplaria sic habere, & Polychronium ita legisse, ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίας ἡμέρας.

v. 6. ※ Α. Θ. δεύτερον. Ms. Jes.

v. 9. Hieron. *Quam nos* viciam *interpretati sumus; pro quo in Hebræo dicitur* CHASAMIM; *LXX. Theodotioque posuerunt ὄλυραν, quam alii* avenam, *alii* secalem [*Martianæus* sigalam, *Ms. Sangermanensis antiquissimus* sicalam] *putant. Aquila autem prima Editio & Symmachus ζέας sive ζειὰς interpretati sunt: quas nos vel* far, *vel gentili Italiæ Pannoniaque sermone* spicam speltamque *dicimus.*

v. 13. ※ οἱ Γ. τὸν ἄρτον &c. Ms. Jes.

v. 14. Aquila, *ah, ah, ah.* S. LXX. μηδαμῶς. Hieron. Vide Lexicon Hebraïcum in אהה

v. 15. Α. Θ. βόλβιτα. Ms. Jes. in textu cum asterisco; quia articulus τὰ ex Α. Θ. additur.

v. 16. Hieron. *Verbum Hebraïcum* MATE, *prima Aquilæ Editio* baculum; *Secunda, & Symmachus, Theodotioque στήριγμα, id est,* firmamentum, *interpretati sunt.*

EZECHIELIS CAP. V.

ולקחת לך מאזני 1. Ο. καὶ λήμψῃ ※ Α. Θ. σεαυτῷ: ζυγόν.

את־השלשית 2. Α. Θ. τὸ τρίτον. Sic quater legitur. Ο. τὸ τέταρτον.

אריק Σ. γυμνώσω. Ο. ἐκκενώσω.

בכנפיך 3. Σ. ἐν ἄκρῳ τοῦ ἱματίου σου. Ο. τῇ ἀναβολῇ σου.

4. ÷ Ο. καὶ ἐρεῖς, οὐ κεῖται παρ' Ἑβραίοις.

5. זאת ירושלם בתוך הגוים שמתיה וסביבותיה ארצות Σ. . . . . Ο. αὕτη ἡ Ἱερουσαλήμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτὴν, καὶ τὰς κύκλῳ αὐτῆς χώρας.

6. ותמר את־משפטי לרשעה מן־הגוים ואת־חקתי מן־הארצות אשר סביבותיה כי במשפטי מאסו וחקותי לא־הלכו בהם Σ. . . . .

Ο. καὶ ἐρεῖς τὰ δικαιώματά μου τῇ ἀνόμῳ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ νόμιμά μου τῶν χωρῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς· διότι τὰ δικαιώματά μου ἀπώσαντο, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς.

7. יען המנכם מן־הגוים אשר סביבותיכם
Α. 2. . . . .
Σ. . . . .

1. Heb. & capies tibi bilances. *LXX.* & accipies. ※ *A. Th.* tibi ipsi: jugum. *Vul. & assumes tibi stateram.*

2. *H. Th Vul.* tertiam partem, *quater legitur. LXX.* quartam partem.

Hebr. LXX. evacuabo. *S. Vulg.* nudabo.

3. *Hebr.* in alis tuis. *S.* in summitate vestimenti tui. *LXX.* indumento tuo. *Vulg. in summitate pallii tui.*

4. ÷ *LXX.* & dices, *non exstat apud Hebræos.*

5. *Hebr.* hæc Jerusalem, in medio gentium posui eam, & circuitibus ejus terræ. *S.* hæc Jerusalem, quam in medio nationum posui, & circa eam regiones. *LXX.* hæc Jerusalem, in medio gentium posui eam, & quæ sunt in circuitu ejus terras. *Vulg. ista est Jerusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras.*

6. *Hebr.* & mutavit judicia mea in impietatem præ gentibus, & statuta mea præ terris quæ in circuitu ejus; quia in judiciis meis reprobaverunt, & statutis meis non ambulaverunt in eis. *S.* Commutavit judicia impietatibus, quas didicit a gentibus, & justificationes meas a regionibus, quæ sunt in circuitu ejus: quia legitima mea reprobaverunt, & in judiciis meis non ambulaverunt. *LXX.* & dices justificationes meas ipsi iniquæ ex gentibus, & legitima mea de regionibus, quæ sunt in circuitu ejus: quia judicia mea repulerunt, & in legitimis meis non ambulaverunt in eis. *Vul. & contempsit judicia mea, ut plus esset impia quam gentes; & præcepta mea ultra quam terræ quæ in circuitu ejus sunt: judicia enim mea projecerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt.*

7. *Heb.* quia multiplicastis præ gentibus, quæ in circuitu vestro. *A.* 2. eo quod numerati estis in gentibus, quæ in circuitu vestro sunt. *S.* multitudo vestra fuit ex gentibus, quæ in

Ο. αἰθ' ὧν ἡ ἀφορμὴ ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν.

circuitu veſtro ſunt. *LXX.* quia occaſio veſtra de gentibus, quæ in circuitu veſtro ſunt. *Vul. quia ſuperaſtis gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt.*

תועבתיך 11. ※ Θ. τοῖς βδελυγμοῖσί σου.

11. *Heb.* ※ *Th. Vulg.* abominationibus tuis.

2. Heb. prophetantes: & dices prophetantibus de corde ſuo. ※ *A. Th.* prophetantes: & dices prophetis prophetantibus de corde ſuo. *Vulg. qui prophetant: & dices prophetantibus de corde ſuo.*

אשר הלכים אחר רוחם 3. ※ Θ. τῆς πορευομένοις ὀπίσω τῶν πνευμάτων αὐτῶν.

3. *H.* qui euntes poſt ſpiritum ſuum. ※ *Th.* euntibus poſt ſpiritum ſuum. *Vul. qui ſequuntur ſpiritum ſuum.*

כשעלים בחרבות נביאיך ישראל 4. Σ. Θ. ὡς ἀλώπεκες ἐν ἐρημίοις οἱ προφῆταί σου Ισραήλ. A. O. ὡς ἀλώπεκες ἐν τῇ ἐρήμοις οἱ προφῆται σου Ισραήλ.

4. *Heb.* tamquam vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael. *S. Th.* ſicut vulpes in parietinis prophetæ tui Iſrael. *A. LXX. Vul.* quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael.

לא עליתם בפרצות והגדרו גדר על־בית ישראל לעמד במלחמה ביום יהוה 5. Σ. Οὐκ ἀνέβητε ἐπὶ τὰς διεκτροπάς, οὐδὲ προεφράξατε φραγμὸν περὶ τοῦ οἴκου Ισραήλ, τοῦ στῆναι ἐν πολέμῳ ἐν ἡμέρᾳ κυρίου. O. Οὐκ ἔστητε ἐν τειχώματι· καὶ συνήγαγον ποίμνια ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ισραήλ· οὐκ ἀνέστησαν οἱ λέγοντες, ἐν ἡμέρᾳ κυρίου.

5. *Hebr.* Non aſcendiſtis in fracturas, & ſepiviſtis ſepem ſuper domum Iſrael ad ſtandum in bello in die Domini. *S.* Non aſcendiſtis ad interciſiones, neque obſepiviſtis ſepem circa filios Iſrael, ad ſtandum in prælio in die Domini. *LXX.* Non ſteterunt in firmamento; & congregaverunt greges ſuper domum Iſrael: non reſurrexerunt dicentes; In die Domini. *Vul. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini.*

ואמרים נאם־יהוה ואני לא דברתי 7. Αλλ. ἢ ἐλέγετε, φησὶ κύριος, καὶ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα.

7. *Heb.* & dicentes: Dixit Dominus, & ego non locutus ſum. *Al.* & dicebatis, dicit Dominus: & ego non locutus ſum. *Vul. & dicitis, ait Dominus, cum ego non ſim locutus.*

בסוד 9. Σ. ἐν ὁμιλίᾳ. O. ἐν παιδίᾳ.

9. *Hebr.* in ſecreto. *S.* in colloquio. *LXX.* in diſciplina. *Vul. in conſilio.*

טחים אתו התל אבל 10. A. (ἀλείφουσι) αὐτὸν ἄλατον, εἶπον. Σ. (ἀλείφοντες) αὐτὸν ἀναρτύτου, εἶπε. O. ἀλείφουσιν αὐτὸν, πιστῶς, εἶπον. Θ. ἀλείφουσιν αὐτὸν ἀφρονῶς, εἶπον.

10. *H.* oblinentes eum inſulſo: Dic. *A.* liniunt eum abſque ſale. Dic. *S.* liniebatis eum abſque temperamento. Dic. *LXX.* liniunt eum: cadet: Dic. *Th.* liniunt eum ſtultitia. Dic. *Vul. liniebant eum luto abſque paleis. Dic.*

הוי למתפרות כסתות על כל־אצילי ידי ועשות המטפחות על־ראש כל־קומה לצוד נפשות ὁ Ἑβραῖος, οὐαὶ τοῖς ποιοῦσαις φυλακτήρια, καὶ κρεμαζούσας ἐπὶ τοῖς βραχίοσιν αὐτῶν, καὶ ἐπιτιθείσας αὐτὰς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἑκάστης ἡλικίας, τοῦ ἀγρεῦσαι τὰς ψυχάς. Σ. Οὐαὶ τοῖς συρραπτούσαις ὑπαγκώνια, ὑπὸ πᾶσαν ἀγκῶνα χεῖρος, καὶ ποιούσας ὑπαυχένια ἐπὶ κεφαλὰς πάσης ἡλικίας εἰς τὸ ἀγρεῦσαι ψυχάς. O. οὐαὶ τοῖς συρραπτούσαις περικεφάλαια ὑπὸ πᾶσαν ἀγκῶνα χεῖρος, καὶ ποιούσας ὑποβόλαια ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν πάσης ἡλικίας, τοῦ ἀγρεῦσαι ψυχάς.

18. *Hebr.* Væ conſuentibus pulvinaria ſuper omnibus axillis manuum mearum, & facientibus velamina ſuper caput omnis ſaturæ ad venandum animas. *Hebræus Int.* Væ facientibus phylacteria & appendentibus ſuper brachia ipſarum, & imponentibus illa ſupra caput uniuſcujuſque ſaturæ, ad ſubverrendum animas. *S.* Væ conſuentibus pulvinaria ſub omni cubito manus, & facientibus cervicalia ad caput omnis ætatis, ad venandum animas. *LXX.* Væ iis quæ conſuunt cervicalia ſub omni cubito manus, & quæ faciunt velamina ſuper omne caput univerſæ ætatis, ut pervertant animas. *Vul. Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus: & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas.*

יען הבאות 22. A. ἐχμαζητε. O. αὐτὸ ὃν διεστρέψατε.

22. *Heb.* ad conterendum. *A.* . . . . fluctuare faciebatis. *LXX.* pro eo quod pervertebatis *Vul. pro eo quod mœrere feciſtis.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIII. Ezechielis.

v. 2. ※ A. Θ. τὰς προφητεύουσας &c. Mſ. Jeſ. quæ a LXX. prætermiſſa fuiſſe teſtificatur Hieronymus.

v. 3. Θ. τοῖς πορευομένοις &c. Mſ. Jeſ.

v. 4. Σ. ὡς ἀλώπεκες &c. Theodoretus, ταῦτα ὁ Σύμ-

μαχθ Ἐσίσηρ ἡμιόνους, ὡς ἀλόπηκες &c. Hieron. *Propheta Iſrael vulpium ſimiles ſunt, quotidie domeſticarum avium furta facientes, qui habitant, juxta Aquilam, & LXX.* in deſertis; *juxta Symmachum & Theod.* in parietinis, *atque* ruinoſis.

v. 5. Σ. ὡς ἀΐσατε &c. Ex Theodoreto.

v. 7. Αλλ. ἐγὼ ἐλάλησα. Hieronymus vero hæc habet: *Quodque ſequitur*, Et dicebatis, Dicit Dominus, & ego non ſum loquutus, *in LXX. non habetur.*

v. 9. Σ. ἐν ἐμπλοκῇ. Druſius.

v. 10. Mſ. Jeſ. Α. αὐτὸν ἄναλον εἰκόν. Σ. ἀναρτύτῳ εἰκί. Hieronymus vero in hunc locum: *Ipſumque parietem, qui in ſequentibus* CIR *appellatur, linebant pſeudoprophetæ abſque temperamento, ut interpretatus eſt Symmachus, hoc eſt, puro luto, & quod paleas non haberet, ut nec præbere poſſet aliquam fortitudinem. Ut vero LXX. & Theodotio, linunt eum ſtultitia: Aquila autem verbum Hebraïcum* THAPHEL, *interpretatus eſt ἄναλα, quod ſignificat* abſque ſale. Quod vero ait Hieronymus LXX. vertiſſe *ſtultitiâ*, ut Theodotio reddidit, intelligendum videtur de Editione τοῦ Ο. Hexaplari. Nam in Editis legitur πυθῶνας. Et in Edit. Complut. utraque lectio adhibetur, ἐμπλοκὴν πυθῶνας. Huc reſpicit nota Anonymi in Codice Coiſliniano: ὁ Ἑβραῖος ἔχει, χείσει τὸν τοῖχον πᾶλον ἀνυ ἀχύρων.

v. 18. ὁ Ἑβραῖος, οὐαὶ ταῖς ποιούσαις &c. Lectio Hebræi Interpretis prodit ex Codice Regio; Symmachi ex Theodoreto.

EZECHIELIS CAP. XIV.

מזקני ישראל א. Αλλ. ἐκ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ Ισραήλ. Ο. ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἀνδρες τοῦ λαοῦ Ισραήλ.

1. *Heb. Al.* de ſenioribus Iſrael. *LXX.* de ſenioribus viri populi Iſrael. *Vulg. ſeniorum Iſrael.*

האנשים האלה העלו גלוליהם על־לבם 2. ומכשול עונם נתנו נגד פניהם. A οἱ ἄνδρες οὗτοι ἀνέβησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, & σκάνδαλον ἀδικίας αὐτῶν ἔδωκαν ἀπέναντι τοῦ προσώπου αὐτῶν. Ο. οἱ ἄνδρες οὗτοι ἔθετο τὰ διαλογισμὰ αὐτῶν ἐπὶ ταῖς καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ κόλασιν τῆς ἀδικίας αὐτῶν ἔθηκαν πρὸ προσώπου αὐτῶν.

2. *Hebr.* Viri iſti aſcendere fecerunt idola ſua ſuper cor ſuum & offendiculum iniquitatis ſuæ dederunt contra facies ſuas. *A.* Viri iſti dedicarunt, *al.* obtulerunt, idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ poſuerunt contra faciem ſuam. *LXX.* Viri iſti poſuerunt cogitationes ſuas in cordibus ſuis: & tormentum iniquitatum ſuarum poſuerunt ante faciem ſuam. *Vulg. Viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam.*

גלוליהם Οἱ Γ. εἴδωλα.

גלוליו 4. A. Σ. Θ. εἴδωλα αὐτοῦ. Ο. τὰ διαλογισμὰ αὐτοῦ.

Heb. & tres Int. idola.

4. *Hebr. A. S. Th.* idola ſua. *LXX.* cogitationes ſuas. *Vulg. immunditias ſuas.*

לאות 8. Αλλ. εἰς σημεῖον.

8. *Heb. Alius*, in ſignum. *Vul. in exemplum.*

והנביא כי־יפתה ודבר דבר 9. Ο. καὶ ὁ προφήτης ἐὰν πλανηθῇ καὶ λαλήσῃ ※ οἱ Γ. λόγον.

9. *Hebr.* & propheta cum ſeductus fuerit, & locutus fuerit. *LXX.* & propheta cum erraverit, & locutus fuerit ※ *Tres Int.* verbum. *Vulg. & propheta cum erraverit, & locutus fuerit verbum.*

כעון הנביא יהיה 10. Αλλ. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀδίκημα τοῦ προφήτου ἔσται.

10. *Heb. Vul.* ſic iniquitas prophetæ erit. *Al.* ſimiliter & iniquitas prophetæ erit.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIV. Ezechielis.

v. 1. Αλλ. ἀπὸ τῶν πρεσβ. Druſius.

v. 2. Α. οἱ ἄνδρες &c. Ex Theodoreto. Hieronymus autem ait: *Poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, ſive cogitationes; & juxta Symm. & Theodotionem,* idola, *& ſcandalum.* Mſ. Jeſ. οἱ Γ. εἴδωλα.

v. 4. Α. Σ. Θ. εἴδωλα αὐτοῦ. Druſius; qui Aquilam non memorat; ſed ita vertiſſe & hoc loco, certum videtur ex ſuperioribus.

v. 8. Αλλ. εἰς σημεῖον. Druſius.

v. 9. ※ οἱ Γ. λόγον. Mſ. Jeſ.

v. 10. Αλλ. ὡσαύτως &c. Druſius.

EZECHIELIS CAP. XV.

רגה לאש נתן 4. Αλλος, ἰδοὺ πυρὶ δίδοται. Ο. πλὴξ ὃ πυρὶ δίδοται.

4. *Heb. Al. Vul.* ecce igni datum eſt. *LXX.* præter id quod igni datum eſt.

שני קצותיו Α. δύο ἔσχατα αὐτοῦ. Σ. Θ. . . . . Ο. τὸν κατ' ἐνιαυτὸν καθαρσιν ἀπ' αὐτῆς.

Hebr. duas extremitates ejus. *A.* duo noviſſima ejus. *S. Th.* duas ſummitates ejus. *LXX.* annuam purgationem ex ea. *Vulg. utramque partem ejus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. VI. Ezechielis.

v. 4. Ἀλλ. ὧδε vel ἡδονάς. Drusius.

Ibid. Hieronymus: *Ambiguitas enim verbi Hebraici* SENE, *quod tribus literis scribitur*, SIN & NUN & JOD: *si legatur* SENE, *duo significat: si* SANE, *annos. Unde factum est, ut pro duabus summitatibus ejus, quod nos interpretati sumus*, utramque partem ejus, *LXX. interpretarentur*, annuam purgationem ejus: *cum Aquila dixerit*, duo novissima ejus: *Symm. & Theodotio*, duas summitates ejus.

EZECHIELIS CAP. XVI.

לא־כרת טרך 4. Δ. οὐκ ἐτμήθη ὀμφαλός σου.

4. *Heb.* non præcisus fuisset umbilicus tuus. *Quatuor Int. vel, Tetrapla. & Vul.* non est præcisus umbilicus tuus.

בדמיך 6. ὁ Ἑβρ. ἐν ὑγρασίᾳ. Ο. ἐν τῷ αἵματί σου.

6. *Hebr.* in sanguinibus tuis. *Heb. Int.* in humore. *LXX. Vul.* in sanguine tuo.

ותגדלי ותבאי בעדי עדיים 7. ὁ Ἑβραῖος, καὶ ἐπληθύνθης, καὶ ἦλθες εἰς ὥραν καλλωπισμοῦ. Σ.... Ο. καὶ ἐμεγαλώθης, καὶ εἰσῆλθες εἰς πόλεις πόλεων. Θ. . . . . .

7. *Heb.* & grandis facta es, & ingressa es in ornamentum ornamentorum. *Heb. Interpr.* & adulta facta es, & venisti in tempus ornamenti. *S.*..... & pervenisti ad ornatum mulierum. *LXX.* & magnificata es, & ingressa es in civitates civitatum. *Th.* & ingressa es ad ornamentum ornamentorum. *Vul. & grandis effecta, & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem.*

עת דדים 8. ὁ Ἑβραῖος, καιρὸς τῶν ἐμπρησθῆναι σε. Α. 1. καιρὸς μαστῶν. Α. 2. καιρὸς συναλλαγῆς. Σ. καιρὸς ἀγαπῆς. Ο. καιρὸς κατακλυσμοῦ.

8. *Heb. Vul.* tempus amantium. *Heb. Interpr.* tempus devirginandi te. *A.* 1. tempus uberum. *A.* 2. tempus sponsalium. *S.* tempus amoris. *LXX.* tempus divertentium.

כנפי Ἑβρ. τὸ πέρυσίν μου. Ο. τὰς πέρυσάς μου.

Heb. alam meam. *Heb. Interp.* oram meam. *LXX.* alas meas. *Vul. amictum meum.*

תחש 10. Α. Σ. . . . Ο. ὑακίνθου. Θ. ὑακίνθινα.

10. *H.* taxo. *A. S.* ianthina. *LXX.* hyacintho. *Th.* hyacinthina. *Vulg. ianthino.*

משי Α. 1. ψηλαφητοῦ. Α. 2. αἴθριον. Σ. ἐπίνδυμα. Ο. τριχάπτῳ. Θ. μεσσί, vel μεσσί. Αλλ. ἀβδιβήραιον.

Hebr. serico. *A.* 1. palpabili. *A.* 2. florido. *S.* indumentum. *LXX.* trichapto. *Th.* messe, *vel* messi.. *Vulg. subtilibus. Alii*, amictu pelliceo.

רביד 11. Α. 2. Σ. κλοιόν. Ο. Θ. καθημά.

11. *Hebr. A.* 2. *S. Vulg.* torquem. *LXX. Th.* torquem.

נזם 12. Οἱ λοιποὶ, ἐνώπιον. Σ. ὀπτήριον.

12. *Hebr. Reliqui*; *Vulg.* inaurem. *S.* ornamentum naris.

תפארת Σ. . . . . Οἱ λοιποὶ, καυχήσεως.

Heb. gloriæ. *S. Vulg.* decoris. *Reliqui*, gloriationis.

משי 13. Α. αἴθριον. Σ. πολύμιτον. Ο. τριχάπτα. Θ. μεσσί.

13. *Heb.* sericum. *A.* floridum. *S.* polymitum. *LXX.* trichapta. *Th.* messi. *Vul. polymito.*

ותיפי במאד מאד Ο. καλὴ σφόδρα ※ σφόδρα.

Hebr. & pulcra es valde valde. *LXX.* pulcra valde ※ valde. *Vulg. & decora facta es vehementer nimis.*

ויצא לך שם בגוים כי כליל הוא בהדרי 14. אשר־שמתי עליך נאם אדני יהוה Σ. (ᾧ ὠξήλθε σου ὄνομα εἰς τὰ ἔθνη, ὅτι τέλειον ἐν τῷ κάλλει μου ἦν, ὃ ἐπέθηκα ἐπὶ σέ, λέγει κύριος ὁ θεός.) Ο. καὶ ἐξῆλθε σου ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν τῷ κάλλει σου, διότι συνετελεσμένον ἦν ἐν ὡραιότητί μου ἣν ἔταξα ὅτι σὺ, λέγει κύριος.

14. *Heb.* Et egressum est tibi nomen in gentes propter speciem tuam, quia perfecta ipsa in decore meo, quem posueram super te, dixit Dominus Deus. *S.* Et egressum est nomen tuum in gentes, quod perfectum erat propter dignitatem meam, quam posueram super te, dicit Dominus Deus. *LXX.* Et exivit nomen tuum in gentes in specie tua: quia completum erat in decore, in pulchritudine, quam posui super te; dicit Dominus. *Vulg. Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te; dicit Dominus Deus.*

16. ותקחי מבגריך ותעשי־לך במות טלאות ותזני עליהם לא באות ולא יהיה Σ. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

O. ἐ ἔλαβες ἐκ τῶν ἱματίων σου, ἐ ἐποίησας σεαυτῇ ἐδώλα ῥαπτά, ἐ ἐξεπόρνευσας ἐπ' αὐτά, καὶ οὐ μὴ ἐισέλθῃς, οὐδὲ μὴ γήπται. A. Θ. ἐμβολίσματα.

16. *Heb.* Et ſumpſiſti de veſtimentis tuis, & feciſti tibi excelſa maculoſa, & fornicata es ſuper eis, non ventura, & non erit. *S.* Cumque tuliſſes de veſtibus tuis, feciſti tibi excelſa multicoloria, & fornicata es in eis, non facta, neque futura. *LXX.* Et tuliſti de veſtibus tuis: & feciſti tibi idola conſura: & fornicata es ſuper eis, & non ingredieris, neque fiet. *A. Th.* emboliſmata. *Vulg. Et ſumens de veſtimentis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta: & fornicata es ſuper eis, ſicut non eſt factum, neque futurum eſt.*

21. ותגיכי בהעביר אותם A. Σ. Θ. . . . O. ἐ ἔδωκας αὐτὰ ἐν τῷ ἀποτράζεσθαί σε αὐτά.

21. *Hebr.* & dediſti eos in tranſire faciendo eos. *A. S. Th.* tranſtuliſti & transduxiſti eos. *LXX.* & dediſti eos in expiando te ipſos. *Vul. & dediſti, illos conſecrans.*

23. אוי אוי לך נאם אדני יהוה Γ. οὐαί σοι, οὐαί σοι, λέγει ἀδωναὶ κύριος. O. λέγει κύριος.

23. *H.* Væ, væ tibi, dixit Dominus Deus. *Tres Int.* Væ tibi, væ tibi, dicit Adonai Deus. *LXX.* dicit Dominus. *Vul. Væ, væ tibi, ait Dominus Deus.*

גב 24. A. βόθυνον. Σ. Θ. πορνεῖον. O. οἴκημα πορνικόν.

24. *Heb.* fornicem. *A.* foveam. *S. Th. Vulg.* lupanar. *LXX.* habitaculum fornicationis.

רמה A. Σ. Θ. (ὑψηλόν.) O. ἔκθημα.

Heb. excelſum. *A. S. Th.* excelſum, *frut* ſublime. *LXX. Vul.* proſtibulum.

זמה 27. Σ. . . . . O. ἐς ἀσέβησας. Θ. ζεμμά.

27. *Heb. S. Vulg.* ſcelerata. *LXX.* qua impie egiſti. *Th.* zemma.

את־תזנותך 29. Αλλος, τὰς πορνείας σου. O. τὰς διαθήκας σου.

29. *Heb. Vul.* fornicationem tuam. *Al.* fornicationes tuas. *LXX.* teſtamenta tua.

אל־ארץ כנען כשדימה Αλλ. γῆν Χαναὰν, ἐ εἰς τοὺς Χαλδαίους. O. γῆν Χαλδαίων.

Hebr. in terra Chanaan, in Chaſdim. *Al.* terram Chanaan, & in Chaldæos. *LXX.* terram Chaldæorum. *Vul. in terra Chanaan cum Chaldæis.*

מה אמלה לבבך נאם אדני יהוה 30. O. τί δέσω τὴν ψυχήν σου, λέγει ἀδωναὶ κύριος. Αλλως, τί ἀσθενῶ τὴν καρδίαν σου, λέγει κύριος. Δ. τίνι κρίνειῶ.

30. *Hebr.* quam infirmatum eſt cor tuum, dixit Dominus Deus. *LXX.* quomodo diſponam filiam tuam, dicit Adonai Deus. *Aliter,* quomodo diſponam cor tuum, dicit Dominus. *Tetrapla,* in quo mundabo. *Vulg. in quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus?*

זונה כלטרת ✻ Θ. πόρνη παῤῥησιαζομένη, καὶ ἐξεπόρνευσας.

Heb. meretricis imperioſæ. ✻ *Th.* meretrix confidens, & fornicata es. *Vulg. meretricis & procacis.*

ורמתך 31. O. καὶ τὴν βάσιν σου. Αλλως, καὶ τὸ ἔκθημά σου.

31. *Hebr. Vulg.* & excelſum tuum. *LXX.* & baſin tuam. *Al.* & proſtibulum tuum.

לכל־זנות יתנו־נדה ואת נתה את־נדניך לכל־מאהביך Αλλ. πάσαις πόρναις δίδοται μισθώματα, σὺ δὲ ἀπεδίδους μισθώματά σου πᾶσι τοῖς ἐρασταῖς σου. O. πᾶσι τοῖς ἐκπορνεύουσιν αὐτῇ ἀπεδίδου μισθώματα· ἐ σὺ ἔδωκας μισθώματα πᾶσι τοῖς ἐρασταῖς σου.

33. *Hebr.* omnibus meretricibus dabunt donum: & tu dediſti præmia tua omnibus amatoribus tuis. *Al.* omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes tuas omnibus amatoribus tuis. *LXX.* omnibus qui fornicabantur cum ea dabat mercedes: & tu dediſti mercedes omnibus amatoribus tuis. *Vulg. omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis.*

והשחדי אותם A. καὶ ἐδωροδότεις αὐτούς. Σ. καὶ ἐδωμάτιζες αὐτούς. O. καὶ ἐφόρτιζες αὐτούς.

H. & remunerabas illos. *A.* & dona dabas illis. *S.* & munera dabas illis. *LXX.* & onerabas illos. *Vulg. & dona donabas eis.*

ואחריך לא זונה 34. Σ. καὶ μὴ οὐκ ἔσται πορνεία. O. ἐ μετά σου πεπορνεύσασιν.

34. *Heb.* & poſt te non fornicatum fuit. *S. Vulg.* & poſt te non erit fornicatio. *LXX.* & tecum fornicatæ ſunt.

קט במעט 47. O. καὶ μικρόν. Αλλως, καὶ μικρὸν ὅσον.

47. *Hebr.* quaſi paululum pauxillum. *LXX.* paulo minùs. *Aliter,* paulum quantulum. *Vul. pauxillum minus.*

ותשחתי מהן Γ. καὶ διέφθειρας ὑπὲρ αὐτάς. O. καὶ ὑπερῆλθον αὐτάς.

H. & corrupta es præ illis. *Tres Int.* & corrupta es ſuper illas. *LXX.* & ſupergreſſa es eas. *Vulg. pene ſceleratiora feciſti illis.*

ושבתי 53. Σ. ἀποκαλίσω. Ο. ἀποστρέψω.

שבות סדם A. αἰχμαλωσίαν Σοδόμης. Ο. ἡ ἀποστροφὴ Σοδόμων.

שבות שמרון A. Σ. αἰχμαλώσιαν Σαμαρείας. למען תשאו 54. Ο. ὅπως κομίσῃ. Αλλος, ἵνα κομίσω.

ולוא היתה סדם אחותך לשמועה בפיך ביום 56. גאותך Σ. . . . . .

. . . . . .

Ο. καὶ εἰ μὴ ἦν Σόδομα ἡ ἀδελφή σου εἰς ἀκοὴν ἐν τῷ στόματί σου ἐν ᾗ ἡμέραις ὑπερηφανείας σου. Θ. . . . . .

57. בטרם תגלה רעתך כמו עת חרפת בנות־ארם וכל־סביבותיה בנות פלשתים השאטת אותך מסביב Σ. . . . . .

. . . . . .

Ο. ὡσεὶ τὴν ἀποκαλυφθῆναι τὰς κακίας σου, ὃν τρόπον νῦν ὀνείδος εἰς θυγατέρων Συρίας, καὶ πάντων τῶν κύκλῳ αὐτῆς θυγατέρων ἀλλοφύλων τῶν περιεχουσῶν σε κύκλῳ. Θ. . . . . .

ס . . . . . .

ס . . . . . .

58. את־זמתך ואת־תועבותיך את נשאתים נאם יהוה Σ. . . . . .

. . . . . .

Ο. τὰς ἀσελγείας σου καὶ τὰς ἀνομίας σου σὺ κεκόμικας αὐτάς, λέγει κύριος. Θ. . . . .

61. לבנות Ο. εἰς οἰκοδομήν. Αλλος, εἰς δοκιμήν.

53. *Hebr. LXX. Vulg.* & convertam. *S.* restituam.

Heb. A. captivitatem Sodom. *LXX. Vul.* conversionem Sodomorum.

Heb. A. S. LXX. Vul. captivitatem Samariæ.

54. *Hebr. LXX. Alius, Vulg.* ut portes. *Alius,* ut portem.

56. *Heb.* & non fuit Sodom soror tua in auditu in ore tuo in die superbiarum tuarum. *S.* quia non fuit Sodoma soror tua in auditu per os tuum in die superbiæ tuæ. *LXX.* & nisi fuisset Sodoma soror tua in auditum in ore tuo, in diebus superbiæ tuæ. *Th.* & non erat Sodoma soror tua in auditu oris tui, in die superbiæ tuæ. *Vul. quæ Aquilæ congruit. Non fuit autem Sodome soror tua audita in ore tuo in die superbiæ tuæ.*

57. *H.* Antequam revelaretur malitia tua sicut tempore opprobrii filiarum Aram, & omnium circuituum ejus, filiarum Philistim spernentium te undique. *S.* Antequam revelaretur ignominia tua, sicut in tempore opprobrii filiarum Syriæ, & omnium quæ in circuitu tuo sunt filiarum Palæstinarum quæ te ambiunt per gyrum. *LXX.* Antequam revelarentur malitiæ tuæ, sicut nunc opprobrium es filiarum Syriæ, & omnium quæ in circuitu ejus, filiarum alienigenarum, quæ circumdant te per gyrum. *Th.* Antequam revelaretur malitia tua sicut tempus opprobrii filiarum Syriæ, & omnium per circuitum ejus filiarum alienigenarum, quæ abominantur te per gyrum. *Vul. quæ Aquilæ congruit. Antequam revelaretur malitia tua sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum.*

58. *H.* Scelus tuum & abominationes tuas tu portasti ea, dixit Dominus. *S.* Scelus tuum & nefas tuum tu portatura es, dicit Dominus. *LXX.* impietates tuas & iniquitates tuas tu portasti eas, dicit Dominus. *Th.* fornicationem tuam & contaminationes tuas tu portasti, dicit Dominus. *Vulg. quæ Aquilæ congruit. Scelus tuum & abominationem tuam tu portasti, ait Dominus Deus.*

61. *H. Vul.* in filias. *LXX.* in ædificationem. *Alius,* in probationem.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVI. Ezechielis.

v. 4. Δ. ἐν ὑγρότητι &c. Mſ. Jeſ. Δ. vero ſignificat quatuor Interpretes, A. S. LXX. Th. In LXX. autem hodie non habetur; ſed forte in Editione Hexaplari τοῦ Ο. additum fuerat, vel forte, & quidem probabilius, Δ. ſignificat τετραπλᾶ, ut ſenſus ſit ſic in Tetraplis legi. Qua de re frequenter in Libro Job.

v. 6. Schol. Edit. Romanæ, ὁ Ἑβραῖος, ἐν τῇ ὑγρασίᾳ ἔχει. ὑγρασίαν καλοῦσι τὸν ἀκρωτήριον ἰχῶρα.

v. 7. Hebræi Interpretis lectionem habent Theodoretus ex Codice Regio. De reliquis audi Hieronymum: *Porro quod interpretatus eſt Symmachus*, & pervenisti ad ornatum mulierum; *ſive ut Theodotio*, & ingreſſa es ad ornatum ornamentorum, *pro quo nos ſequuti ſenſum Hebraïcum diximus*, & pervenisti ad mundum muliebrem *&c.*

v. 8. Lectio Hebræi Interpretis ex Theodoreto. Cætera ex Hieronymo, cujus verba adferre compendii cauſa nolumus: nihil quippe aliud, quam quod in textu vides, exhibent.

Ibid. ὁ Ἑβραῖος, τὸ πτερύγιον. Item ex Hieronymo.

v. 10. *A. & S.* ianthina. *LXX. & Theodotio*, hyacinthina *tranſtulerunt. Pro quo in Hebræo ſcriptum eſt* THAS. Hieronymus.

Ibid. Hieronymus: Trichapto, *pro quo Aquila* floridо, *ſive* palpabili, *Symmachus* indumento, *Theodotio ipſum Verbum Hebraïcum poſuit* MESSE, *vel* MESSI. Paulo poſt ait Hieronymus illud, *floridè*, eſſe Secundæ Editionis Aquilæ. Αλλ. πεπλεγμένον. Regius Codex. Origenes vero ait, alios Interpretes vertiſſe ἐκλεκτὸν; & ἀνθινον. Prima lectio eſt Symmachi, ſecunda Aqui-

lx. De τειχέων multa disputat Hieronymus, atque esse vocem a LXX. compositam. Theodoretus dicit esse plexum e capillis factum, qui capiti mulierum circumponitur. Codex Coislin. Ἀκύλας· τειχωτὸν δὲ τὸ ψηλαφητὸν, quod respondet voci *palpabili*, ab Hieronymo allatæ. Ibidem ex Origene, τειχωτὸν ἡρμήνευται οἱ ἄλλοι ἡρμήνευται, ἔνθημον ἢ ἐνύφασμα. Aliud Scholion, πλέξις ἢ τὸ εἰ τειχὶς συμπλέκονται. τετυχωτὸν δέ φησι τὸ ἀπὸ χρυσοῦ κατασκευασμένον, ἵνα εἴπῃ ἀπὸ χρυσοπήκτου. λέγει δὲ πλοῦν ἐκ χρυσοῦ διαζωσθεῖσαν ἐσθῆτα. i. *Plexus, quo capilli complicantur. Trichapeum autem dicit quod ex auro concinnatum est, quasi dicat, ex aureo filo. Loquitur autem de veste figuris animalium ex auro intertexta.*

v. 11. A. 2. Σ. πλοκὴν &c. Hieronymus: *Pro* torque, *quam juxta Aquila Secundam Edit. & Symmachum interpretati sumus, LXX. & Theodotio κάθημα transtulerunt. Quod non solum hic, sed etiam in Hesaïa scriptum est..... Puto autem κάθημα ab eis dictum ex varii generis in pectus mulierum monile descendens, qui & ipse ornatus pulcherrimus mulierum est.*

v. 12. Σ. ἐνύφασμα. Hieronymus, qui ait Alios *inaurem* transtulisse.

Ibid. Hieronymus: Decorem *juxta Symmachum ob sensûs elegantiam interpretati sumus. Alioqui & in Hebræo est* THOPHERTH, *& in reliquis Interpretibus* κάλλος, gloriatio *dicitur.*

v. 13. Hieron. *Verbum Hebraïcum* MESSI, *& hic Theodotio ipsum ut supra posuit, Aquila* ἄνθημον, *Symmachus* polymitum *&c.*

Ibid. ※ σφόδρα. Mf. Jes.

Ibid. ⁂ κατασκωπεύθης εἰς βασιλείαν. Drusius. Hieronymus vero: *Hoc in LXX. non habetur, qui forsitan Alexandriæ in Græcum sermonem Scripturas ex Hebraica veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne regem Ægypti viderentur offendere, dum a Deo Jerusalem debitum regnum esse commemorarent: quamquam Eruditi solos quinque libros Moysi ab eis interpretatos putant.*

v. 14. Hieronymus: *Hunc locum manifestius interpretatus est Symmachus*, Et egressum est *&c.* Ibi LXX. loco בהדרי ἐν αἰσχύνῃ ἐν τῇ ἁφῇ αὐτῆς. Ubi duæ interpretationes in unam coaluêre; quod sæpe contigit.

v. 16. Sym. *cumque tulisses &c.* Hieronymus, qui adjicit: *Pro* consutis *&* versicoloribus, *Aquila & Theodotio* ἐμβολώμασι *transtulerunt, quod significat divulsos pannos hinc & inde consutos, & instar emplastri factum idolum, quasi* πολύμορον *vestimentum.*

v. 21. Hieronymus: *LXX. transtulerunt*, & dedisti eos ad placandum, *sive* expiandum; *A. S. & Th. posuerunt*, transtulisti & transduxisti eos, *quia Ethnici per ignem filios suos vel transferunt parvulos, vel adultos transire compellunt.*

v. 23. ※ οἱ Γ. οὐαὶ σοι &c. Mf. Jes. Quod ex Theodotionis Editione additum fuisse τοῖς O. docet Hieronymus.

v. 24. Hieronymus: *Rursumque ubi nos diximus*, Et ædificasti tibi lupanar, *pro quo LXX. transtulerunt*, Et ædificasti tibi habitaculum fornicationis, *Sym. & Theod. πορνεῖον interpretati sunt: Aquila volens exprimere etymologiam sermonis Hebraïci*, GOB, *posuit* βόθυνον, *quod nos dicere possumus* foveam, *ut significet ganeam ad defossum specum atque tenebrosum, in quo prostitutarum libido versatur.* Postea vero vocis Hebraïcæ RAMA interpretationes, quales supra in textu exhibentur, refert Hieronymus. Vox autem *Rama* significat *excelsum*, atque hîc *prostibulum* significare, *ut volentibus fornicari procul appareat fornicationis locus.* Polychronius autem, ἔνθημα λέγει οἷον τὸ πορνικὸν ἀγώγιον, ὅθεν τὰς πόρνας τρέφειν εἰώθασιν. i. *Ethema dicit, quasi prostibulum, ubi solent scorta alere.*

v. 27. Hieronymus: *Quod nos interpretati sumus juxta Sym.* scelerata, *Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit* ZEMMA. Vide utrumque Lexicon ad vocem זמה & ζίμμα, vel ζίμμα.

v. 29. Ἀλλ. τὰς πορείας. Sic quædam Exemplaria. Theodoretus vero, τὰ πορεῖα. Nescio quid legerint LXX. qui verterunt, τὰς ἐξόδους.

Ibid. Ἀλλ. γλῶ χαναὰν ἢ εἰς τὴν χαλδαίαν. Mf. Jes.

v. 30. Ἀλλ. τί ἐξῆλθεν ἡ ὀργή σου &c. Mf. Jes. Qui ita vertit לבבך legit ac si ך esset præpositio, & בת filiam significaret ut vulgo. Illud autem Δ. τίνος κάθημα perplexe jacet in Mf. Jes. ita ut nonnisi divinando exscribi possit: nam legi videtur τινος, quod nihil significat. Δ. autem Tetrapla significare puto. Vide in Libro Job, & in Præliminaribus.

Ibid. ※ Θ. πόρνου πειθῶ &c.

v. 31. Ἀλλ. ἢ τὸ ἔνθημά σου. Idem.

v. 33. Ἀλλ. πάσαις ταῖς πόρναις &c. Drusius.

Ibid. Α. ⁂ δίδ. Lectionem Aquilæ mutuamur ex Mf. Jes. Symmachi ex Cod. Reg.

v. 34. Hieronymus: *Juxta Symmachum interpretati sumus*, & post te non erit fornicatio.

v. 47. Ἀλλ. ⁂ μικρὸν ὅσον. Mf. Jes.

Ibid. οἱ Γ. ⁂ διαφθορᾶς &c. Idem.

v. 55. Σ. ἀποκαθιεῖ σε. Mf. Reg.

Ibid. Α. αἰχμαλωσίαν Σοδόμ .... Hieronymus: *Primum restituitur* conversio, *sive* captivitas Sodomæ, *ut interpretatus est Aquila: secundo* captivitas Samariæ, *ut idem Aquila & Symmachus transtulerunt.*

v. 54. Ἀλλ. ἵνα κομίσωμαι. Mf. Jes.

v. 56. Hujus & sequentium versuum interpretationes ex Hieronymo mutuamur Latine: Græce vero nusquam exstant.

v. 61. Mf. Jes. in textu, εἰς δεξιμιλιὰ, ad marg. vero, Δ. ⁂. εἰς εἰκοσιμιλιὰ, quo significatur, ni fallor, in Tetraplis scribi εἰς εἰκοσιμιλιὰ.

EZECHIELIS CAP. XVII.

אדך הראבר 3. A. μήκιστα τὰ μετάφρενα. O. μακρὸς τῇ ὀπτασίᾳ.

בשדה־זרע קח על־מים רבים 5. O. εἰς δ πεδίον φυτοῦ ※ Θ. λαπίου: ἐφ' ὕδατι πολλῷ.

מערות מטעה 7. O. σὺ δ βάλε τ φυτείας αὐτῆς. Alius, σὺ τῷ βάλῳ ἀπὸ τῆ σπέρμα.

אמר הנה־בא מלך 12. A. εἶπον αὐτοῖς, ἰδοὺ

3. *Hebr.* larga penna. *A.* longissima dorsa. *LXX.* longus extensione. *Vul. longo membrorum ductu.*

5. *Hebr.* in agro seminis. Tulit juxta aquas multas. *LXX.* in campum plantationum. ※ *Th.* captum: ad aquam multam. *Vulg. & posuit illud in terra pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas.*

7. *H.* de lineis plantationis suæ. *LXX.* cum gleba plantationis suæ. *Alius*, cum gleba a caudice. *Vulg. de arcolis germinis sui.*

12. *H. Vulg.* dic, Ecce venit rex. *A.* dic eis,

ἥξει ὁ βασιλεύς. O. Εἰπὸν, ὅταν ἔλθῃ βασιλεύς.

במקום המלך המכליך 16. Αλλος, ἐν τόπῳ τοῦ βασιλέως τοῦ βασιλεύσαντος. O. ἐν τόπῳ ὁ βασιλεὺς ὁ βασιλεύσας.

ובביאותיו בבלה ונשפטתי אתו שם מעלו 20. אשר מעל־בי ואת כל־מבחריו בכל־אנפין ※ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ διακρινοῦμαι μετ' αὐτοῦ ἐκεῖ περὶ τῆς ἀδικίας αὐτοῦ, ὧν ἠδίκησεν ἐν ἐμοὶ, καὶ πάσας φυγαδίας αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ παρατάξει, καὶ πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ σὺν αὐτῷ.

ונתתי מראש יניקותיו 22. ※ Θ. καὶ δώσω ἀπὸ κεφαλῆς παραφυάδων αὐτῆς.

Ecce veniet rex. *LXX.* dic, Cum venerit rex.

16. *H.* in loco regis regnare facientis. *Alius*, in loco regis, qui regnare fecit. *LXX.* in loco ubi rex qui regnare fecit. *Vulg. in loco regis, qui conſtituit eum regem.*

20. *H.* Et adducere faciam eum in Babel, & judicabo cum eo ibi, prævaricatione ejus, qua prævaricatus eſt contra me: & omnes profugi ejus cum omnibus alis ſuis ※ & ducam eum in Babylonem, & dijudicabor cum eo ibi, de iniquitate ejus, qua injuſte egit erga me, & de omnibus fugitivis ejus in omni acie: & omnes electi ejus cum eo. *Vul. Et adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi in prævaricatione qua deſpexit me. Et omnes profugi ejus cum univerſo agmine ſuo.*

22. *Hebr.* & dabo de capite ramorum ejus. ※ *Th.* & dabo de capite ramorum ejus. *Vul. & ponam de vertice ramorum ejus.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVII. Ezechielis.

v. 5. A. μάιζα τοῦ μετ. Cod. Reg.

v. 5. ※ λαττὸν ἐφ' ὕδατι πολλῷ. Mſ. Jeſ. ubi vox λαττὸν punctis undequaque cingitur, ut ſpuria, quæ tamen reſpondere viderit voci Hebraïcæ חפ

v. 7. Ἀλλ. σὺν τῷ βάλῳ δὲ τῶν ἀρούρου. Mſ. Jeſ. Ibid. Β καρπὸς αὐτῆς ξηρανθήσεται. ad marg. Ἐκπέσεται.

v. 12. A. εἰπὸν αὐτοῖς, ἰδοὺ ἄξει ὁ βασ. Ex eodem.

v. 16. Ἀλλ. ἐν τόπῳ τοῦ βασιλέως τοῦ βασιλεύσαντος. Sic Theodoretus & Mſ. Jeſ.

v. 20. ※ καὶ ἄξω αὐτὸν &c. Mſ. Jeſ. Hæc vero deſunt in O. uſque ad illud, ἐν πάσῃ παρατάξει &c.

v. 22. ※ Θ. καὶ δώσω &c. Idem, & Druſius. Hieronymus item, qui ait: *Quod in LXX. legitur*, & dabo de capite ramorum ejus, *de Theodotionis Editione additum eſt.*

EZECHIELIS CAP. XVIII.

תקהינה 2. Σ. O. ἐμφιάσθη. Αλλος, ἐμβλιάσθη. Αλλος, ἀμφιάσθη.

פרוץ 10. A. 2. ἁμαρτωλόν. Σ. παραβάτην. O. Θ. λοιμόν.

גלולי 15. οἱ Γ. Εἰδώλων. O. ἐνθυμήματα.

לא לקח משפט עשה 17. A. Σ. O. οὐκ ἔλαβεν, δικαιοσύνην ἐποίησε.

לא יתכן 25. O. οὐ κατευθύνει. Αλλ. οὐ καπρεῖ.

לכן איש כדרכיו אשפט 30. ※ οἱ Γ. διὰ τοῦτο ἕκαστον κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ κρινῶ. O. ἕκαστον κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ κρινῶ.

1. *Hebr.* obſtupeſcent. *S. LXX.* obſtupeſcunt. *Alius*, obſtupuerunt.

10. *Hebr.* effractorem. *A.* 2. peccatorem. *S.* tranſgreſſorem. *LXX. Th.* peſtilentem. *Vul. latronem.*

15. *Hebr. Tres Int. Vulg.* idola. *LXX.* cogitationes.

17. *Hebr. Vulg.* non acceperit, judicia mea fecerit. *A S. LXX.* non accepit, juſtitiam fecit.

25. *H.* non dirigetur. *LXX.* non recte perget. *Alius*, non recta eſt. *Vulg. non eſt æqua.*

30. *Heb. Vulg.* idcirco unumquemque juxta vias ſuas judicabo. ※ *Tres Int.* idcirco unumquemque juxta viam ſuam judicabo. *LXX.* unumquemque juxta viam ſuam judicabo.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XVIII. Ezechielis.

v. 2. Σ. O. ἐμφιάσαν. Αλλ. ἐμβλιάδαν. Primam lectionem exhibet Druſius ex Edit. Rom. ſecundam Mſ. Jeſ. Apud Athanaſium & alios frequenter legitur etiam ἀμπλιάδαν, & quidem melius, ni fallor.

v. 10. Hieronymus: *Pro* latrone, *in Hebraïco ſcriptum habet* PHARIS, *quod Aquila ſecunda Editio* &c. ut ſupra.

v. 15. οἱ Γ. εἰδώλων. Mſ. Jeſ.

v. 17. A. Σ. O. οὐκ ἔλαβεν &c. Idem.

v. 25. Αλλ. οὐ καπρεῖ. Idem.

v. 30. ※ οἱ Γ. διὰ τοῦτο &c. Idem.

EZECHIELIS CAP. XIX.

לביא 2. O. σκύμνος. Alius, λέαινα.

וישמעו אליו גוים 4. O. & ἤκουσάν κατ' αὐτοῦ ἔθνη. Alius, & ἤκουσάν περὶ αὐτοῦ ἔθνη.

ויתנו עליו 8. O. καὶ ἔδωκάν ἐπ' αὐτόν. Alius, καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ.

9. ויתנהו בסגר בחחים ויבאהו אל־מלך בבל O. & ἐν γαλεάγρᾳ ἤλθεν ※ καὶ ἤγαγον αὐτόν: πρὸς βασιλέα Βαβυλῶνος.

14. מקשה ורוה O. καὶ ῥάβδος ἐκλεκτῆς αὐτῆς. Alius, ἐκ τῆ ῥάβδου τῆ ἐκλεκτῆς αὐτῆς.

עז מטה Alius, σκῆπτρον εἰς τὸ ἐξουσιάζειν. O. ῥάβδος ἰσχύος.

2. HEbr. *Alius*, *Vulg.* læna. *LXX.* catulus leonis.

H. & audierunt ad eum gentes. *LXX.* & audierunt contra eum gentes. *Alius*, *Vul.* & *audierunt de eo gentes.*

8. *Heb. LXX.* & dederunt ſuper eum. *Alius*, & irruerunt in eum. *Vulg.* & *convenerunt adverſus eum.*

9. *H.* & dederunt in clauſtrum in hamis, & adduxerunt eum ad regem Babel. *LXX.* & in cavea venit ※ & adduxerunt eum: ad regem Babylonis. *Vul.* & *miſerunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis.*

14. *H.* de virga membrorum ejus. *LXX.* & virga electorum ejus. *Alius*, ex virgis electorum ejus. *Vulg. de virga ramorum ejus.*

H. virga roboris. *Alius*, ſceptrum ad imperandum. *LXX.* virga fortitudinis. *Vulg. virga fortis.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XIX. Ezechielis.

v. 2. Αλλ. λέαινα. Mf. Jeſ.
v. 4. Αλλ. & ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ ἔθνη. Idem.
v. 8. Αλλ. καὶ ἐνέβησε αὐτῷ. Idem.
v. 9. ※ καὶ ἤγαγον αὐτόν. Idem.
v. 14. Αλλ. ἐκ τῶν ῥάβδων. Idem.

Ibid. Αλλ. σκῆπτρον &c. Druſius. Videtur autem eſſe Aquilæ, qui vocem שבט ſic vertere ſolet. In aliquot Exemplaribus legitur συλὴ σκῆπτρου, quæ ſunt duæ ejuſdem vocis interpretationes.

EZECHIELIS CAP. XX.

בחמשי בעשור לחדש 1. Alius, ἐν τῇ πέμπτῃ μιᾷ δεκάτῃ τοῦ μηνός. O. τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνός.

אם אדרש לכם 3. Σ. εἰ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν. O. εἰ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν.

צבי 6. ὁ Ebr. κάλλιστον. A. 1. στρέωμα. A. 2. . . . Σ. φάσιν. O. κηρίον. Θ. . . . .

שקוצי 7. A. 2. ἀποκέμματα. Σ. τὰ σίκχη. O. βδελύγματα. Θ. προσκόμματα.

בגלולי A. 1. . . . . A. 2. Σ. Θ. εἰδώλοις (l. ἐν εἰδώλοις.) O. ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν.

ולא אבו לשמע אלי 8. Σ. . . . . O. καὶ οὐκ ἠθέλησάν εἰσακοῦσαί μου.

ותמרדבי בית־ישראל במדבר 13. Αλλ. ἐν παρεπίκρανάν με οἶκος Ισραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ. O. & εἶπα πρὸς τὸν οἶκον Ισραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ.

אפי בם במדבר והשבתי את־ידי 21. O. ὀργὴν μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ ※ Οἱ Γ. & ἐπέστρεψα τὴν χεῖρά μου αὐτοῖς.

1. HEbr. *Vulg.* in quinto, in decima menſis. *Alius*, quinto menſe, decimâ menſis. *LXX.* decima-quinta menſis.

3. *H.* ſi requirar vobis. *S. Vulg.* non reſpondebo vobis. *LXX.* ſi reſpondebo vobis.

6. *Hebr.* ornamentum. *Hebr. Int.* optimum. *A.* 1. firmamentum. *A.* 2. inclytum. *S.* ſtationem. (*al.* regionem.) *LXX.* favus. *Th.* fundamentum. *Vul. quæ eſt egregia.*

7. *Heb. LXX.* abominationes. *A.* 2. abſciſſiones. *S.* nauſeas. *Th.* offendicula. *Vulg. offenſiones.*

Heb. A. 2. *S. Th. Vulg.* in idolis. *A.* 1. in inquinamentis. *LXX.* in adinventionibus.

8. *Heb. Vulg.* noluerunt que audire me. *S.* non acquieverunt mihi. *LXX.* & noluerunt exaudire me.

13. *H.* & rebellaverunt in me domus Iſrael in deſerto. *Al.* & exacerbaverunt me domus Iſrael in deſerto. *LXX.* & dixi ad domum Iſrael in deſerto. *Vulg.* & *irritaverunt me domus Iſrael in deſerto.*

21. *Hebr.* iram meam in eis in deſerto. Et averti manum meam. *LXX.* iram meam ſuper eos in deſerto. ※ *Tres Int.* & converti manum meam ipſis. *Vulg. iram meam in eis in deſerto. Averti autem manum meam.*

25. וגם־אני נתתי להם חקים לא טובים ומשפטים לא יחיו בהם Σ. . . . .

. . . . . .

O. καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλά, καὶ δικαιώματα ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς.

26. ואטמא אותם במתנותם בהעביר כל־פטר רחם למען אשמם למען אשר ידעו אשר אני יהוה A. καὶ ἐμίανα αὐτοὺς ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν ἐν τῷ ἀποφράττειν πᾶν ἀφοῖγον μήτρας. . . . . Σ. . . . . .

. . . . . .

O. καὶ μιανῶ αὐτοὺς ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν, ἐν τῷ διαπορεύεσθαί με πᾶν ἀφοῖγον μήτρας, ὅπως ἀφανίσω αὐτούς.

במתנותם 26. Αλλος, ἐν δόμασιν αὐτῶν. O. ἐν τοῖς δόγμασιν.

28. ואביא אותם אל־הארץ אשר נשאתי את־ידי לתתה להם ויראו כל־גבעה רמה וכל־עץ עבת וישחטו שם את־זבחיהם ויתנו־שם כעס קרבנם וישימו שם ריח ניחוחיהם ✻ Θ. ἐὰν εἰσαγάγω αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν δοῦναι αὐτοῖς, καὶ ἴδωσι πᾶν ὄρος ὑψηλὸν καὶ πᾶν ξύλον δασύφυλλον καὶ θύσωσιν ἐκεῖ τὰς θυσίας αὐτῶν.

29. מה הבמה Σ. τί ὅτι βαμά. ὁ Σύρος, λίθος. O. τί ὅτιν ἀβαμά.

37. הברית ✻ A. Θ. τῆς διαθήκης.

39. איש גלוליו לכו עבדו ואחר אם־אינכם שמעים אלי ואת־שם קדשי לא תחללו־עוד במתנותיכם ובגלוליכם A. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Σ. . . . . .

. . . . . .

O. ἕκαστος τὰ ὑποπτεύματα αὐτῶν ἔλατρεύετε· ἐὰν μὴ ταῦτα εἰσακούσητέ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον οὐ βεβηλώσητε ἔτι ἐν τοῖς δώροις ὑμῶν, καὶ ἐν τοῖς ὑποπτεύμασιν ὑμῶν.

40. כי בהר־קדשי בהר מרום ישראל נאם אדני יהוה שם יעבדני כל־בית ישראל A. . . .

. . . . . .

Σ. . . . . .

. . . . . .

O. διότι ἐπὶ τῆς ὄρους τῆς ἁγίας μου, ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ, λέγει κύριος κύριος, ἐκεῖ δουλεύσουσί μοι πᾶς οἶκος Ισραήλ.

43. ונקטתם בפניכם בכל־רעותיכם אשר עשיתם Σ. . . . . .

25. *Hebr.* & etiam ego dedi eis ſtatuta non bona, & judicia: non vivent in eis. *S.* igitur & ego dabo eis præcepta non bona, & judicia propter quæ non vivent. *LXX.* & ego dedi eis præcepta non bona & juſtificationes, in quibus non vivent in ipſis. *Vulg. ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & judicia in quibus non vivent.*

26. *Hebr.* & pollui eos in muneribus ſuis, in tranſire faciendo omnem apertionem vulvæ propter delicta eorum, ut ſcirent quia ego Dominus. *A.* & pollui eos in dogmaribus ſuis in producendo omne aperiens vulvam.... *S.* & polluam eos propter munera ſua, quia conſecrant & tranſducunt omne quod aperit vulvam, & ſcient quia ego Dominus. *LXX.* & polluam eos in dogmatibus eorum, in tranſducendo me omne adaperiens vulvam, ut delerem eos. *Vul. & pollui eos in muneribus ſuis, cum offerrent omne quod aperit vulvam, propter delicta ſua, & ſcient quia ego Dominus.*

26. *Heb. Alius, Vul.* in muneribus ſuis. *LXX.* in dogmatibus.

28. *H.* & dederunt ibi iram oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem requiei ſuæ. ✻ *Th.* & ſtatuerunt ibi furorem munerum ſuorum, & poſuerunt ibi odorem fragrantiæ ſuæ. *Vul. & dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuavitatis ſuæ.*

29. *H. Vul.* excelſum. *S.* bama. *Syrus*, lapis. *LXX.* abama.

37. *Heb. Vul.* fœderis. ✻ *A. Th.* teſtamenti.

39. *H.* vir (ad) idola ſua ambulate ſervite: & poſt ſi non audientes ad me; & nomen ſanctitatis meæ non polluetis adhuc in dons veſtris & in idolis veſtris. *A.* Ite poſt idola veſtra, & ſervite eis. Quod ſi nequaquam audieritis me, ſed nomen ſanctum meum polluetis idolis veſtris. *S.* Unuſquiſque idolis ſuis euntes ſervite, quia noluiſtis audire me: nomen autem meum ſanctum nolite ultra polluere per munera veſtra atque ſimulachra. *LXX.* Unuſquiſque adinventiones ſuas afferte: & poſt hæc, ſi vos exaudieritis me, & nomen ſanctum meum non polluetis ultra in muneribus veſtris, & in ſtudiis veſtris. *Vul. Singuli poſt idola veſtra ambulate & ſervite eis, quod ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum polluetis ultra in muneribus veſtris & in idolis veſtris.*

40. *Heb.* Quia in monte ſanctitatis meæ in monte altitudinis Iſrael, dixit Dominus Deus, ibi ſervient mihi omnis domus Iſrael. *A. S.* Quia in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, dicit Dominus Deus, ibi ſerviet mihi omnis domus Iſrael. *LXX.* Quia in monte ſancto meo, in monte excelſo, dicit Dominus Dominus, ibi ſervient mihi omnis domus Iſrael. *Vulg. in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi ſerviet mihi omnis domus Iſrael.*

43. *H.* & faſtidietis in facie veſtra ob omnia mala veſtra, quæ feciſtis. *S.* & parvuli vobis videbimini propter omnes malitias quas fe-

O. καὶ κόψασθε τὰ πρόσωπα ὑμῶν ἐν πάσαις ταῖς κακίαις ὑμῶν ※ A. Θ. ἃς ἐποιήσατε.

תקטתם A. δυσαρεστήσατε. Σ. μικρὰ φρονήσατε. Θ. προσκόψητε.

נאם ארני יהוה 44. ※ οἱ Γ. λέγει κύριος.

בן־אדם שים פניך דרך תימנה והנף אל־ 46. דרום הגבא אל־יער השדה נגב Σ. υἱὲ ἀνθρώπου, στῆσον τὸ πρόσωπόν σου ὅτι τὴν νότον ὁδὸν λιβὸς, καὶ προφήτευσον κατὰ τοῦ δρυμοῦ τῆς χώρας τῆς μεσημβρινῆς. O. υἱὲ ἀνθρώπου, στῆσον τὸ πρόσωπόν σου κατὰ Θαιμὰν, καὶ ἀπέλθὲ κατὰ Δαρὼμ, καὶ προφήτευσον κατὰ δρυμὸν τὴν θυμίωμον Νασίβ.

ונצרבו־בה כל־פנים מנגב צפונה 47. ὁ Ἑβραῖος, καὶ καυθήσεται πᾶν πρόσωπον ἐν αὐτῆς ἀπὸ τοῦ ἀπὸ Βορρᾶ ἐρχομένου πυρός. O. καὶ κατακαυθήσεται ἐν αὐτῇ πᾶν πρόσωπον ἀπὸ ἀπηλιώτου (Σ. ἀπὸ μεσημβρίας) ἕως Βορρᾶ.

ciſtis. *LXX.* & percutietis facies veſtras in omnibus malitiis veſtris. ※ *A. Th.* quas feciſtis. *Vul. & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis.*

Hebr. & faſtidietis. *A.* diſplicebitis vobis. *S.* parvuli videbimini. *Th.* offendetis.

44. *H.* dixit Dominus Deus. ※ *Tres Interp.* dicit Dominus. *Vulg. ait Dominus Deus.*

46. *H.* Fili hominis, pone facies tuas viam ad Auſtrum, & ſtilla ad Auſtrum: propheta ad ſylvam agri meridiei. *S.* Fili hominis firma faciem tuam ſuper Auſtrum viam Africi, & propheta de ſylva regionis meridianæ. *LXX.* Fili hominis obfirma faciem tuam ſuper Thæman, & reſpice ſuper Darom, & propheta ſuper ſaltum ducem Nageb. *Vul. Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Africum, & propheta ad ſaltum agri meridiani.*

47. *Heb.* & comburentur in ea omnes facies a meridie ad Aquilonem. *Hebræus Int.* & comburetur omnis facies in illis per ignem ab Aquilone venientem. *LXX.* & ardebit in ea omnis facies a Subſolano (*S.* a meridie) uſque ad Aquilonem. *Vul. & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro uſque ad Aquilonem:*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XX. Ezechielis.

v. 1. Αλλ. ἐν τῷ πέμπτῳ &c. Druſius.

v. 3. Σ. οὐκ ἀποκριθήσομαι ὑμῖν. Hieron. *Symmachus manifeſtius tranſtulit*, non reſpondebo vobis.

v. 6. Hieronymus: *Pro eo quod dixêre LXX.* factus eſt ultra omnes terras, *pro quo nos interpretati ſumus*, egregia eſt inter omnes terras, *Aquila prima Editio* &c. ut ſupra. Hanc porro notam exhibent Codex Regius & Editio Romana: κατὰ τὸν Ἑβραῖον κάλλιστον ἐστιν· Σύμμ. σφόδρα ἐστὶν, ἤγουν, σφόδρα καλῶς τὸ αὐτόθι τῆς ἱερατείας ἀναιρεῖσθαι θεός. i. *Hebræus dixit, optimum, Symm. ſtatio eſt, ſtationem vocans, ea quod ibi ſacerdotium dicatum Deo eſſet.* Cur autem Hieronymus σφόδρα verterit *regionem*, non video: forte aliud legerit.

v. 7. Mſ. Jeſ. Α. ἀποκόμματα. Σ. τὰ σκῶλα. Θ. προσβλήματα. Hieronymus vero: *Pro* offenſionibus, *quæ Hebraïce dicuntur* SECUSE, *Symmachus interpretatus eſt*, nauſeas; *Aquila* 2. *Editio*, abſciſſiones.

Ibid. Hieron. GELULE *quoque verbum Hebraïcum eſt, quod LXX.* adinventiones, *Aq.* 1. *Edit.* inquinamenta, *Secunda, Symm. & Theodotio* idola *interpretati ſunt.*

v. 8. Symmachi lectionem exhibet Hieronymus.

v. 13. Αλλ. ἐν παροπτικῷ. Druſius.

v. 21. ※ οἱ Γ. ἐν ἐπιστροφῇ &c. Mſ. Jeſ.

v. 25. Hujus & ſequentis verſûs lectionem ex Symmacho profert Hieronymus. Verſûs autem 26. verſionem Aquilæ adfert Theodoretus.

v. 26. Αλλ. ἐν δόμασιν αὐτῶν. Druſius.

v. 28. ※ Θ. ἐν ἔθεσιν ἐκεῖ &c. Mſ. Jeſ. Horum quædam habentur in O. Edit. Romanæ.

v. 29. Σ. τί ἔστι βάμα. Theodoretus. Scholion quodam ſic habet: ὁ μὲν Σύρος, λίθος· ὁ δὲ Ἑβραῖος, τί ἔστι βαμμά (Coiſlin. βάμα) ἔχει, ὅπερ καλοῦσι θυσιαστήριον εἰδώλων· τὸ δὲ θεῖον θυσιαστήριον βαμμὰ καλοῦσι. Suſpicatur Druſius hîc βαμμὰ ex μαγδὰ factum, voce deducta ex מגדה Aliud ſcholion Ακύλα, λίθος ἐμιλωτήριος. In hanc vocem Hieronymus multa diſſerit, atque BAMA ſignificare *excelſum*. In LXX. alia Editione legi ἀκκαρὰ. In Libris Regum & Paralip. BAMA & BAMOTH *excelſa* ſignificant.

v. 31. Mſ. Jeſ. ※ Θ. ἐν πυρὶ ὑμᾶς μιαίνεσθε.

v. 36. Idem, ※ ὅτι ἐξήγαγον αὐτούς.

v. 37. ※ Α. Θ. τῆς διαθήκης. Idem. Aquila tamen בריתי ſolet vertere συνθήκην.

v. 39. Interpretationem Symmachi & Aquilæ Latine adfert Hieronymus, hujus videlicet ac ſequentis verſûs. Sed in verſione Aquilæ magis ſenſum quam verba reſpexiſſe videtur. Druſius ex verbis Hieron. veram Aquilæ lectionem elicere ſtuduit, qualem nos damus.

v. 43. Hîc etiam lectionem Symmachi Latine adfert Hieronymus. Α. Θ. ἃς ἐποιήσατε. Mſ. Reg. Idem ubi LXX. κόψασθε habent, ait Aquilam vertiſſe διεσύρεσθήσεσθε, Theodotionem autem προσβλήθητε.

v. 44. ※ οἱ Γ. λέγει κύριος. Mſ. Jeſ.

v. 46. Σ. υἱὲ ἀνθρώπου &c. Druſius & Mſ. Jeſ. ubi legitur ἐπὶ δρυμὸν, pro κατὰ τοῦ δρυμοῦ.

v. 47. ὁ Ἑβραῖος, ἐκ καυθήσονται &c. Mſ. Reg. & Coiſlin. Σ. ἀπὸ μεσημβρίας. Coiſlin.

EZECHIELIS CAP. XXI.

חרבי 3. Α. ῥομφαίαν μου. Σ. Θ. τῷ μαχαιρῷ μου. O. ὃ ἐγχείδιόν μου.

מנורו אל־חרב היו את־עמי 12. Αλλ. οἱ παροικοῦντες εἰς ῥομφαίαν ἐγένοντο σὺν τῷ λαῷ

3. *Ebr. Vul.* gladium meum. *A.* frameam meam. *S. Th.* machæram meam. *LXX.* gladiolum meum.

12. *Heb.* timores ob gladium fuerunt populo meo. *Alius*, inhabitantes in gladium fue-

μϐ. O. κατοικήσουσιν, ὅτι ῥομφαία ἐγένετο ἐν τῷ λαῷ μϐ

כי בחן 13. A. ὅτι ἠρθίνησεν. O. ὅτι διϊστώσατο.

ברא 19. A. Σ. κατάσσα. Θ. ἑτοιμάσαι.

לקסם 21. ὁ Ἑβραῖος, ῥίψαι. O. ἀναβράσαι.

בתרפים A. ἐν τοῖς θαραφείν. Σ. τὰ εἴδωλα. O. ἐν τοῖς γλυπτοῖς.

קול בתרועה 22. O. φωνῇ μὴ κραυγῆς. Αλλ. μὴ φωνῆς σάλπιγγος.

שבעי שבעות להם 23. ※ Θ. ἑβδομάζοντες ἑβδομάδας αὐτοῖς.

עון לרהפש O. ἀδικίας αὐτῶν μνησθῆναι. Αλλ. ἀσμίαν αὐτῶν τῷ συλληφθῆναι.

24. + ἐν πάσαις ταῖς ἀσεβείαις ὑμῶν, ἃ κεῖται πρὸ Ἑβρ.

ואתה חלל רשע נשיא ישראל אשר־בא יומו 25. בעת עון קץ Σ.

O. καὶ σὺ βέβηλε, ἄνομε, ἀφηγούμενε τοῦ Ισραηλ, οὗ ἥκει ἡ ἡμέρα ἐν καιρῷ ἀδικίας, πέρας.

כה אמר אדני יהוה הסר המצנפת והרים 26. העטרה זאת לא־זאת השפלה הגבה והגבה השפיל Σ.

O. τάδε λέγει κύριος· ἀφείλου τὴν κίδαριν, καὶ ἔκλινον τὸ διάδημα, αὐτὴ ἡ ταύτη ἔσται, ἐταπείνωσας ὃ ὑψηλόν, καὶ ὕψωσας ὃ ταπεινόν.

עות עות עות אשימנה גם־זאת לא תהיה 27. עד־בא אשר־לו המשפט ונתתיו ※ α΄ Γ. ἀδικίαν, ἀδικίαν, ἀδικίαν θήσομαι αὐτῷ, οὐδ' αὕτη ταύτη. Σ.

O. ἀδικίαν, ἀδικίαν, ἀδικίαν θήσομαι αὐτῷ, καὶ αὐτὴ, ταύτη ἔσται ἕως οὗ ἔλθῃ ᾧ καθήκει, καὶ παραδώσω αὐτῷ.

אל־הערה 30. Αλλ. εἰς τὴν κολεὸν αὐτῆς.

ועמי 31. A. ἀπειλάν μου. Σ. ἐμβρίμησίν μου. O. ὀργήν μου. Θ. ἐμβρίμημά μου.

runt cum populo meo. *LXX.* inhabitabunt; propter gladium fuit in populo meo. *Vul. qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo.*

13. *Hebr.* quia probatio. *A.* quia inveſtigavit *LXX.* quia juſtificatus eſt. *Vul. quia probatus eſt.*

19. *Hebr.* elige. *A. S.* confodiens. *Th.* ad præparandum. *Vul. capiet.*

21. *Hebr.* ad divinandum. *Heb. Int.* ad conjiciendum. *LXX.* ad jaciendum. *Vulg. divinationem quæreus.*

Heb. in theraphim. *A.* in tharaphin. *S. Vul.* idola. *LXX.* in ſculptilibus.

22. *H.* vocem in vociferatione. *LXX.* vocem cum clamore. *Alius*, cum voce rubæ. *Vulg. vocem in ululatu.*

23. *Heb.* jurantes juramenta eis. ※ *Th.* hebdomazontes hebdomadas ipſis. *Vulg. ſabbatorum otium imitantes.*

Hebr. Vulg. iniquitatis ad capiendum. *LXX.* iniquitatis ejus ad recordandum. *Alius*, iniquitatem eorum ut comprehendantur.

24. *Poſt* (ut appareant peccata veſtra) + in omnibus impietatibus veſtris. *Non exſtat apud Hebræos.*

25. *Heb.* Et tu prophane, impie, dux Iſrael, cujus venit dies ejus in tempore iniquitatis finis. *S.* Tu autem prophane, inique, dux Iſrael, cujus venit dies in tempore iniquitatis conſtituetus. *LXX.* Et tu prophane, inique, dux Iſrael, cujus venit dies in tempore iniquitatis, finis. *Vul. Tu autem prophane, impie, dux Iſrael cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita.*

26. *Heb.* Sic dixit Dominus Deus: Remove cidarim, & leva diadema: hæc non hæc: humilem ſublevando, & altum humiliando. *S.* Hæc dixit Dominus Deus: Abſtulit cidarim, & tulit coronam: neque hoc neque illud: humilem ſublevabit, & ſublimem humiliabit. *LXX.* Hæc dicit Dominus: Abſtuliſti cidarim, & impoſuiſti coronam, ei non erit talis. Humiliaſti excelſum, & ſublevaſti humilem. *Vul. Hæc dicit Dominus Deus: Auſer cidarim, tolle coronam: nonne hæc eſt quæ humilem ſublevavit, & ſublimem humiliavit.*

27. *H.* perverſam, perverſam, perverſam ponam eam: etiam hoc non fuit, donec veniat cui ei judicium, & tradam eum. ※ *Tres Int.* iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam, neque ipſa talis. *S.* iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem faciam illud: & hoc non fuit iſte, cujus judicium eſt, quem daturus ſum. *LXX.* iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: væ illi, talis erit donec venerit cui convenit, & tradam ei. *Vul. iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum eſt, donec veniret cujus eſt judicium, & tradam ei.*

H. Al. ad vaginam ſuam. *Vul. ad vaginam ſuam.*

31. *H. Vul.* indignationem meam. *A.* comminationem meam. *S. Th.* fremitum meum. *LXX.* iram meam.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXI. Ezechielis.

v. 3. A. ῥομφαίαν &c. Mſ. Jeſ.

v. 7. Loco τῇ, λέγει κύριος ὁ Θεὸς, quædam Exemplaria, λέγει ἄδωναϊ κύριος Θ.

v. 12. Αλλ. οἱ παροινοῦντες &c. Mſ. Jeſ. & Theodo-

retus. Ubi Hieronymus: *Rursum*, ait, *ubi nos diximus*, qui fugerant, gladio traditi sunt, *& illi & Alii transtulerunt*: Hospites mei, *sive* habitatores.

v. 13. A. ὅτι ἐφείσατο. Drusius & Mſ. Jeſ.

v. 19. A. Σ. κοπτὸν &c. Mſ. Jeſ.

v. 21. Polychronius, ἀντὶ τοῦ βίᾳ βίαν, ταύτην δὲ τὴν λέξιν ἐχρήσατο καὶ ὁ Ἑβραῖος.

Ibid. A. ἐν τοῖς θαμεὶν. Σ. τὰ εἰδωλα. Mſ. Jeſ.

v. 22. Αλλ. μὴ φωνὴ σάλπιγγος. Mſ. Jeſ.

v. 23. ※ Θ. ἐδουμάζοντες ἐδουμάδας αὐτῶν. Druſius, Mſ. Jeſ.

Ibid. Αλλ. ὁμοίως αὐτοῖς &c. Mſ. Jeſ.

v. 24. Ex Mſ. Reg. Bombyc.

v. 25. Hujus & duorum ſequentium verſuum lectionem ex Symmacho adfert Hieronymus.

v. 27. ※ οἱ Γ. ἁδρίαν &c. Mſ. Jeſ. Hujus item verſûs ex Symmacho lectionem adfert Hieronymus. Licet autem Symmachus ſit unus ex tribus, & ejus verſio a trium verſione aliquantum diſcrepet, nihil mirum, quando certum eſt parvam illam differentiam neglectam fuiſſe: qua de re in Præliminaribus.

v. 30. Αλλ. εἰς τὸν κολεὸν αὐτῆς. Druſius.

v. 31. A. ἀπωλλύμεν &c. Mſ. Jeſ.

EZECHIELIS CAP. XXII.

ותקריבי ימיך 4. Σ. ἐκκαίου δὲ θλίψεώς σου τὸν καιρόν. O. καὶ ἤγγισας τὰς ἡμέρας σου.

4. *Hebr. LXX. Vulg.* & appropinquare fecisti dies tuos. *S.* attraxisti tribulationis tuæ tempus.

יתקלסו־בך 5. O. οἱ ἐμπαίζονταί σοι ※ καὶ βοήσουσιν ἐπὶ σοί.

5. *Hebr.* & ſubſannabunt in te. *LXX.* & illudent in te. ※ & clamabunt ſuper te. *Vul. & triumphabunt de te.*

אנשי רכיל 9. Σ. Θ. [ἄνδρες δόλιοι.] O. ἄνδρες λῃσταί.

9. *Hebr.* viri delationis. *S. Th.* viri doloſi. *LXX.* viri latrones. *Vul. viri detractores.*

ונחלת בך לעיני גוים 16. A. 1. Θ. . . . . Σ. . . . . O. καὶ κατακληρονομήσω σοὶ σοὶ κατ' ὀφθαλμοὺς τῶν ἐθνῶν.

16. *H.* & hæreditabis in te in oculis gentium. *A.* 1. *Th.* & contaminabo te in conſpectu gentium. *S.* & vulnerabo te ſive confodiam te in conſpectu gentium. *LXX.* & hæreditabo in te ante oculos gentium. *Vulg. & poſſidebo te in conſpectu gentium.*

סוג 18. A. 1. κίμφυλον δὲ χάλκου. A. 2. O. ἀκαμιγμένοι. Σ. σκωρίαν.

18. *Heb. S. Vulg.* ſcoriam. *A.* 1. acinum vinacii. *A.* 2. *LXX.* commixti.

ועפרת בתוך כור O. καὶ μολίβῳ ἐν μέσῳ. ※ οἱ Γ. καμίνου.

Heb. Vulg. & plumbum in medio fornacis. *LXX.* & plumbo in medio. ※ *Tres Int.* camini.

נתתו להם תפל 28. ὁ Ἑβραῖος, ἤλειφον αὐτοὺς πηλῷ ἄνευ ἀχύρου. O. ἀλείφοντες αὐτοὺς ποσωῒ. ※ ἤλειφον αὐτοὺς πηλῷ ἄνευ ἀχύρων.

תפל A. αἰάλῳ. Σ. ἀναρτύτῳ.

ועבר בפרץ לפני 30. O. καὶ ἔστω ἀλοιφεὺς ἐκεῖ κατεναντίον μου ※ ἐν ἁρμονῇ φραγμοῦ.

28. *Hebr.* liniebant eos inſulſo. *Hebraus Int.* liniebant eos luto abſque palea. *LXX.* ungentes eos cadent ※ liniebant eos luto abſque paleis. *Vul. linichant eas abſque temperamento.*

Hebr. A. inſulſo. *S.* abſque temperamento.

30. *Heb.* & ſtantem in fractura ante faciem meam. *LXX.* & ſtaret integrè ante faciem meam ※ in ſciſſura maceriæ. *Vulg. & ſtarem oppoſitus contra me.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. XXII. Ezechielis.

v. 4. Σ. ἐκκάου &c. Mſ. Reg.

v. 5. ※ ἐ βόρυβον ἐπὶ σὲ Gl. Mſ. Jeſ. Eſt alia interpretatio.

v. 9. Hieronymus: *Viri* detractores, *ſive juxta Sym. & Theod.* doloſi, *quod in Hebræo dicitur* RACHIL.

v. 16. Has verſiones adfert Hieronymus, ut nos referimus.

v. 18. *Verbum Hebraïcum* SIG *Symmachus* ſcoriam &c. Hieronymus.

Ibid. ※ οἱ Γ. καμίνου. Mſ. Jeſ.

v. 28. ὁ Ἑβρ. ἤλειφον αὐτοὺς &c. Druſius ex Editione Romana.

Ibid. A. ἀχάλῳ &c. Ex Hieron. Vide ſupra.

v. 30. ※ ἐν ἁρμονῇ φραγμοῦ. Mſ. Jeſ. In Editione τῶν O. Romana legitur, καὶ ἔστω ἐκεῖ κατεναντίον μου ἵλεως ἐν τῇ καμίνῳ τῶν ἐθνῶν.

EZECHIELIS CAP. XXIII.

בנעוריהן זנו 3. O. ἐν τῇ νεότητι αὐτῆς ※ οἱ Γ. ἐπόρνευσαν.

3. *Hebr. Vulg.* in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt. *LXX.* in juventute ſua. ※ *Tres Int.* fornicatæ ſunt.

ושם עשו דדי בתוליהן O. ἐκεῖ διεπαρθενεύσαντο ※ πτῶσι παρθενίαι αὐτῆς.

Hebr. &, ibi compreſſerunt mammas virginitatis eraum. *LXX.* ibi devirginatæ ſunt ※ mammæ virginitatis earum. *Vulg. fracta ſunt mamma pubertatis earum.*

קרובים

קרבים 5. O. τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῇ. Αλλος, τοὺς ἐγγὺς αὐτῆς.

Ibid. A. ἐπ' ἄνδρα &c. Theodoretus.

Ibid. A. ἐπὶ τοὺς ποιμένας βραχεῖς &c. Ex Barberino.

ZACHARIÆ CAP. XIV.

5. HEbr. & fugietis in vallem montium, quia pertinget vallis montium ad Aſal: & fugietis. *S.* & obturabitur vallis montium meorum, & adhuc appropinquabit vallis ad id quod adjacet, & obturabitur. *Reliqui*, obturabitur. *LXX.* & obturabitur vallis montium meorum: & adjungetur vallis montium uſque Jaſod, & obturabitur. *Vul. & fugiet ad vallem montium eorum, quoniam conjungetur vallis montium uſque ad proximum, & fugietis.*

6. *Heb.* Et erit in die illa, non erit lux pretioſitatum & coagulationis. Et erit dies unus, ipſe notus erit Domino, non dies, neque nox. Et erit in tempore veſpere erit lux. *S.* In die illa non erit lux, ſed frigus & gelu. Erit una die, quæ nota eſt Domino, non dies, neque

ἡμέρα ἐκείνη νύξ, ἀλλ' ἔσται ὃ πρωὶ ἐπὶ τὸ φῶς. O. καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐκ ἔσται φῶς, καὶ ψύχη καὶ πάγος, ἔσται μία ἡμέρα, καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα καὶ οὐ νύξ, καὶ πρωὶ ἐπὶ τὸ φῶς ἔσται.

nox; sed erit ad vesperam lux. *LXX.* Et erit in illa die, non erit lux, & frigus; & gelu: Erit una die, & dies illa nota Domino, & non dies neque nox: & ad vesperam erit lux. *Vul. Et erit in die illa non erit lux, sed frigus & gelu: Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque nox: & in tempore vesperi erit lux.*

וראמה 10. A. Σ. Θ. ὑψωθήσῃ. O. Ραμά.

10. *Heb. A. S. Th. Vulg.* & exaltabitur. *LXX.* Rhama.

ולא עליהם יהיה הגשם 16. A. Σ. Θ. (καὶ οὐκ. ἔσται ἐπ' αὐτοῖς ὄμβρος.) O. καὶ ὅτι ἐκείνοις προσθήσονται.

16. *Hebr.* & non super eos erit imber. *A. S. Th.* & non erit super eos imber. *LXX.* & isti illis apponentur. *Vul. non erit super eos imber.*

מצלת 20. A. Θ. βύθιον. Σ. πεῖραπον σύριον. O. χαλινόν.

20. *Heb.* tintinnabula. *A. Th.* profundum. *S.* incessum umbrosum. *LXX. Vulg.* frænum.

כנעני 21. A. (ἔμποροις.) O. Χαναναῖος.

21. *Heb. A. Vul.* mercator. *LXX.* Chananæus.

Notę & varię Lectiones ad Cap. XIV. Zachariæ.

v. 5. Σ. ᾧ ἐμφραχθήσῃ &c. Euseb. Demonstr. Evang. p. 290.

v. 6. Σ. ᾗ ἐν τῇ ἡμέρᾳ &c. Euseb. Demonstr. Evang. p. 292.

v. 10. A. Σ. Θ. ὑψωθήσῃ. Eusebius & Hieronymus de locis Hebraïcis: ubi Græce quidem legitur Ραμά, Latine vero Ramale; sed mendose ut ibidem deprehenditur: nam agitur de Rama. Ibi tamen ὑψωθήσῃ Aquilæ tantum tribuitur. At Hieronymus in Commentariis, *Aquila & cæteri*, exaltabitur.

v. 16. A. S. Th. *& non erit super eos imber.* Hieronymus.

v. 20. A. Θ. *βύθιον.* Σ. *πεῖραπον σύριον.* Hieron.

v. 21. A. *mercator.* Idem Hieronym. i. ἐμπόρῳ, ut alibi vertit Aquila.

MALACHIÆ

CAPUT PRIMUM.

משא 1. A. ἆρμα. Σ. O. Θ. λῆμμα.

1. *Heb. A. Vulg.* onus. *S. LXX. Th.* assumptio.

מלאכי Οἱ λοιποὶ, Μαλαχί. O. ἀγγέλου αὐτοῦ.

Heb. Reliqui, Malachi. *LXX.* angeli ejus, *in titulo autem*, Malachias. *Vul. Malachiæ.*

להנות 3. A. εἰς σφιγγῶας. Σ. Θ. εἰς ἀνεπίβατα. O. εἰς δώματα.

3. *H. Vulg.* in dracones. *A.* in sirenas. *S. Th.* in inaccessa *LXX.* in domata.

יכבד 6. Οἱ λοιποὶ, φοβηθήσῃ. O. δεξάσῃ.

6. *H.* honorabit. *Reliqui.* timebit. *LXX.* glorificat. *Vulg. Honorat.*

בזינו A. ἐξουδενοῦντες. O. ἐφαυλίσαμεν.

Hebr. LXX. Vulg. despeximus. *A.* vilipendentes.

מטמא 7. A. Σ. μεμολυσμένους. O. πλησμιάσμους.

7. *Heb. Vulg.* pollutum. *A. S. LXX.* pollutos.

ישא 8. A. Θ. δυσωπηθήσῃ. O. λήψῃ.

8. *Hebr.* suscipiet. *A. Th.* reverebitur. *LXX.* accipiet. *Vulg. susceperit.*

משחת 14. A. Σ. ἔμμωμον. O. διεφθαρμένον.

14. *Hebr. LXX.* corruptum. *A. S.* maculosum. *Vulg. debile.*

נורא O. ὀπτασίαν. Αλλος, ὀπτόφοβος.

Heb. Alius, terribile. *LXX.* illustre. *Vul. horribile.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. I. Malachiæ.

v. 1. Hieron. *Quid significet* onus, id est, pondus, *quod Hebraïce* MASSA, *& ab Aquila* ἆρμα *dicitur: vel quid* λῆμμα, *i.* Assumtio, *quod & LXX. & cæteri Interpretes transtulerunt, in aliis Prophetis diximus.* In Editis perperam legitur ὅραμα; sed ἆρμα legendum esse tum ipsa Hieronymi series, tum frequentissima quæ præcesserunt exempla comprobant.

Ibid. οἱ λοιποὶ, Μαλαχί. Hieronymus: *exceptis LXX. alii Interpretes nomen* MALACHI, *ita ut in Hebræo legitur, transtulerunt.* Quod de primo versiculo, non autem de Titulo libri intelligendum, ut indicat Hieron. initio Præfationis: *cujus nomen LXX. transtulerunt*, angelus ejus, *dicentes*: Assumptio verbi Domini super Israel in manu Angeli ejus. Et tamen Barberin. habet. A. Σ. Θ. Μαλαχίου, sed mendose ut puto.

v. 3. A. εἰς σφιγγῶας &c. Barberin.

v. 6. οἱ λοιποὶ, φοβηθήσῃ. Idem.

Ibid. A. ἐξουδενοῦντες. Barberin.

v. 7. A. Σ. μεμολυσμένους. Theodoretus.

v. 8. A. Θ. δυσωπηθήσῃ. Barberinus.

v. 14. A. Σ ἔμμωμον. Barberin.

Ibid. Αλλ. ὀπτόφοβ. Barberin.

MALACHIÆ CAP. II.

את־המצרה 2. O. κατάραν. Αλλος, ἀπάνιν.

2. *Ebr. LXX.* maledictionem. *Alius; Vul.* egeſtatem.

הנני גער לכם את־הזרע וזריתי פרש על־ 3.
פניכם פרש חגיכם A. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιτιμῶ ὑμῖν σὺν τῷ βραχίονι, & λικμήσω κόπρον ἐπὶ πρόσωπα ὑμῶν, κόπρον ἑορτῶν ὑμῶν. O. ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον, καὶ σκορπιῶ ἔντερον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, ἔντερον ἑορτῶν ὑμῶν.

3. *Heb.* Ecce ego corripiens vobis ſemen, & ſpargam ſtercus ſuper faciem veſtram, ſtercus ſolennitatum veſtrarum. *A.* Ecce ego increpo vobis cum brachio, & ventilabo ſtercus ſuper facies veſtras, ſtercus ſolennitatum veſtrarum. *LXX.* Ecce ego ſeparo vobis humerum, & diſpergam ventriculum ſuper facies veſtras, ventriculum ſolennitatum veſtrarum. *Vulg. Ecce ego projiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum.*

ברית 4. A. συνθήκην. O. διαθήκην.

4. *Hebr. A. Vulg.* pactum. *LXX.* teſtamentum.

והכשלתם 8. A. Σ. ἐσκανδαλίσατε. O. ἠθετήσατε.

8. *Hebr.* offendiculo fuiſtis. *A. S. Vulg.* ſcandalizaſtis. *LXX.* infirmari feciſtis.

ונשאים פנים בתורה 9. Σ. ἐλυσιτελεῖτε πρόσωπα ἐν νόμῳ. O. ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ.

9. *Heb.* & aſſumentes facies in lege. *S.* reveriti eſtis facies in lege. *LXX.* accipiebatis perſonas in lege. *Vulg. accepiſtis faciem in lege.*

13. וזאת שנית תעשו כסות דמעה את־מזבח
יהוה בבכי ואנקה מאין עוד פנות אל־המנחה
ולקחת רצון מידכם ὁ Ebr. ουζωθ. σνιθ. θεσυ. χεσυθ. δημα. εθμασβη. πιπι. βεχι. ναναχ. μηϖ. ωδ. φενωθ. ελ. αμμημα. ϑλακεθ. βασων. μεδεχεμ. A. καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιῆτε, ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον, κλαυθμῷ καὶ οἰμωγῇ, ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι νεῦσαι πρὸς τὸ δῶρον, καὶ λαβεῖν εὐδοκίαν ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν. Σ. καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιῆτε, καλύπτοντες ἐν δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον, κλαίοντες καὶ στενάζοντες ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι νεῦσαι πρὸς τὸ δῶρον, καὶ δέξασθαι τὸ εὐδοκημένον ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν. O. καὶ τοῦτο, ἃ ἐμίσουν, ἐποιῆτε, ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον κυρίου, καὶ κλαυθμῷ καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων. ἔτι οὐκ ἔστιν ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν, οὐ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. Θ. καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιήσατε· ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον, κλαίοντες καὶ στένοντες ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι προσβλέποντα τὸ ὁλοκαύτωμα, καὶ λαβεῖν τέλεον ἐκ χειρῶν ὑμῶν.

13. *Hebr.* Et hoc ſecundo facietis, operire lacryma altare Domini, fletu & clamore, a non ultra reſpiciendo ad munus, & ad capiendum beneplacitum de manu veſtra. *Heb.* uzoth. ſenith. theſui cheſſuth. dema ethmaſbee. pipi. bechi. vanaca. mecn. od. phennoth. el. ammama. ulaceth. raſon. meidechem. *A.* Et hoc ſecundò faciebatis, operiebatis lacrymâ altare; fletu & ululatu; eo quod non eſſet ultra reſpicere ad munus, & accipere beneplacitum de manu veſtra. *S.* Et hæc ſecundo faciebatis, operientes in lacrymis altare, flentes & ululantes, eo quod non eſſet ultra qui reſpiceret ad donum, & ad accipiendum beneplacitum de manu veſtra. *LXX.* Et hæc quæ oderam, faciebatis; operiebatis lacrymis altare Domini, & planctu & gemitu de laboribus. Adhuc dignum reſpicere ad ſacrificium, aut ſuſcipere acceptabile de manibus veſtris. *Th.* & hoc ſecundo feciſtis: operiebatis lacrymis altare, flentes & gementes; eo quod non eſſet ultra qui admoveret holocauſtum, & acciperet perfectum de manibus veſtris. *Vul. Et hoc rurſum feciſtis, operiebatis lacrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita ut non reſpiciam ultra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra.*

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. II. Malachiæ.

v. 2. Αλλος, ἀπάνιν. Barberinus.

v. 3. A. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιτιμῶ &c. Theodoretus.

v. 4. Hieronymus: *Notandum quod* BERITH *verbum Hebraïcum Aq.* συνθήκην, *id eſt*, pactum *interpretatur: LXX. ſemper* διαθήκην, *i.* teſtamentum.

v. 8. A. Σ. ἐσκανδαλίσατε. Theodoretus. Barberinus vero ad Aquilam legit ἐσκανδαλίζετε.

v. 9. Σ. ἐλυσιτελεῖτε &c. Theodoretus.

v. 13. Hujus verſus lectiones omnes plenas exhibet Barberinus, quales edimus, cum punctis poſt voces Hebraïcas Græce ſcriptas, quemadmodum ſcribitur in eodem Codice.

MALACHIÆ CAP. III.

ופנה 1. Σ. χολάζει. Ο. ἐπιβλέψεται. Θ. ἐπιμελεῖται.

כבסים 2. Σ. γναφέως. Ο. πλυνόντων.

גר 5. Π. προσηλύτου.

היקבע אדם אלהים כי אתם קבעים אתי 8. ואמרתם במה קבענוך A. Σ. μὴ ἀποστρήσει ἄνθρωπος θεόν, ὅτι ὑμεῖς ἀποστρέφετέ με, καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἀποστρεψάμεθά σε; Ο. μήτι πλανᾷ ἄνθρωπος θεόν, διότι ὑμεῖς πλανᾶτέ με, καὶ ἐρεῖτε, ἐν τίνι ἐπλανήσαμέν σε;

ובחנוני נא בזאת 10. A. καὶ πειράσατέ με τούτῳ. Ο. ἐπιστρέψατε δὴ ἐν τούτῳ.

כגולה 17. A. περιούσιον. Οἱ λοιποὶ, περιποίησιν.

וחמלתי עליהם כאשר יחמל איש על־בנו A. φείσομαι ὡς φείδεται) ἄνθρωπος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Ο. καὶ αἱρεπιῶ αὐτὸν ὃν τρόπον αἱρετίζει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

1. HEb. & parabit. S. vacat. LXX. respiciet. Th. præparat. Vul. præparabit.

2. Heb. Vul. fullonum. S. fullonis. LXX. lavantium.

5. Heb. Vul. peregrinum, Omnes, advenæ.

8. Heb. Numquid auferet vi homo Deum; quia vos vi auferentes me. Et dixistis, in quo vi abstulimus te. A. S. Num fraudabit homo Deum, quia vos me fraudatis & dixistis: in quo frandavimus te? LXX. Numquid supplantabit homo Deum, quia vos supplantatis me, & dicetis, in quo supplantavimus te? Vulg. Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis: In quo configimus te?

10. Heb. & probent me nunc in hoc. A. & probate in hoc. LXX revertimini ergo in hoc. Vulg. & probate me super hoc.

17. Hebr. Vul. peculium. A. peculiarem. Reliqui. acquisitionem.

Hebr. & parcam super eis, sicut parcet vir super filio suo. A. parcam ut parcit homo filio suo. LXX. & eligam eum sicut eligit homo filium suum. Vulg. & parcam ei sicut parcit vir filio suo.

Notæ & variæ Lectiones ad Cap. III. Malachiæ.

v. 1. Σ. χολάζει. Θ. ἐπιμελεῖται. Barberinus.

v. 2. Σ. γναφίως. Idem.

v. 5. Mſ. Jeſ. οἱ Γ. προσηλύτου. Idipsum habent & LXX.

v. 8. A. Σ. μὴ ἀποστρήσει &c. Theodoretus. Barberinus vero sic. A. μήτι ἀποστρήσει ἄνθρωπος θεόν.

v. 10. A. ἐν πειράσατε. Idem.

v. 17. Hieronymus: *Pro* peculio *in Hebræo legitur* SGOLLA, *quod Aquila* περιούσιον, *& cæteri* περιποίησιν *interpretati sunt.*

Ibid. A. φείσομαι &c. Theodoretus.

MALACHIÆ CAP. IV.

זדים 1. (A. πάντες οἱ ὑπερήφανοι.) O. πάντες οἱ ἀλλογενεῖς.

1. HEbr. Vulg. omnes superbi. A. omnes superbos. LXX. omnes alienigenæ.

Nota.

v. 1. A. *omnes superbos.* Drusius.

NOTÆ ALIQUOT POSTERIORES AD II. TOMUM HEXAPLORUM.

IN PROVERBIA.

CAP. I. v. 2. Symmachus ἐπιστῆναι φρονήσεως συνετῶς. Vertimus *ad intelligendum ſermones intelligentiæ*, forte aptius vertatur, *ad cogitandum dicta prudentia*. Sed *cogitare* magis conſonat cum Græca voce ἐπιστῆναι, quam cum Hebraïca לחבין, quæ ſignificat, *intelligere*.

v. 15. Adde, Αλλ@, ante οὐ; nam excidit.

v. 31. A. Σ. ἡ εὐθυμία &c. In Latina item interpretatione legas, *A. S. & proſperitas* &c. nam A. opetarum lapſu excidit.

CAP. II. v. 9. Σ. ἐγκυλισμός. Exiſtimat Druſius hic legendum eſſe Θ. pro Σ. Theodotionem pro Symmacho, quia nempe Theodotio eodem cap. v. 15. eamdem Hebraïcam vocem מעגל vertit ἐγκυλισμός. Verum ſi valeret hæc ratio potius dicendum eſſet in ſecundo exemplo Theodotionem poſitum eſſe pro Symmacho: nam pro Theodotione unicum ſtat exemplum, nempe cap. 2. v. 15. pro Symmacho duo, nimirum cap. 2 v. 9. & cap. 5. v. 21. Nolim tamen hic nomina mutare: nam plerumque accidit ut modo in eadem explicanda voce conveniant, modo differant: quare nil mirum ſi eam vocem, quam alibi ἐγκυλισμός vertit Symmachus, verſu 18. εὐθὺς interpretatur.

v. 20. Circa duos ſequentes verſiculos, qui in Editionis Romanæ notis habentur, cum hoc ſcholio: ἔξω οἱ δύο στίχοι οὔτε ἐν ταῖς λοιπαῖς κοιν῀ οὔτε ἐν πᾶσι τοῖς τῆς κοινῆς ἀντιγράφοις; ubi nos vertimus: *Hi duo verſus neque in reliquis verſionibus, neque in omnibus Vulgatæ Exemplaribus*, id eſt, *in nullis*. Circa hæc, inquam, aliqua poteſt oriri difficultas. Nam ſi in nullis exſtabant Exemplaribus, undenam tranſcripſit is qui notam appoſuit. Certum quidem eſt οὔτε ἐν πᾶσι ſignificare, *in nulliſque*, ſed excipiendus Codex unde hi exſcripti fuêre, ac ſi diceretur, *In nullis aliis*.

CAP. III. v. 3. Σ. ἐπὶ τῆ στίβῃ. Hic notat Druſius: *Pellus* נתן: *dicitur*, לוח *magis eſt tabula i.* πλαξ. *Forte quod in Hebræo* על לוח לבך *Symmachus tranſtulit*, ἐπὶ τῆ στίβῃ, *ut tabula cordis ſit peripʰraſis pectoris*.

v. 4. בעיני אלהים Α. Σ. Θ. ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου; melius legatur ἐν ὀφθαλμοῖς θεῦ.

v 17. נתיבת Αλλος, οἱ ἄξονες. Druſius id pro Scholio habet, & hanc notam adjicit: ἄξων *proprie axis. Hoc ſignificatu ſumitur id nomen Sirach.* 33. 5. *Alio uſurpant Interpretes antiqui, videlicet pro calle ſive orbita aut ſemita, ut Proverb.* 2. 9. כל מעגל טוב *quod reddunt*, omnem orbitam bonam, *LXX. poſuerunt*, πᾶσι τοῖς ἄξοσι ἀγαθοῖς. *Sic v.* 10. מעגלותיה ἄξονας αὐτῆς, *ubi Aquila retulit* καμπὰς *& Symmachus* ὁδὸς, *& Theodotio* κυλισμούς. *Alibi eamdem vocem* τροχιὰς, *ut v.* 15. *&* τρίβους *Pſalm.* 17. 5. *Etiam* נתיבות τρίβους *interpretantur, hic & Pſalm.* 142. 4. *& Job.* 38. 20. *ubi Sym.* ἀτραπούς *& Hieron. ſemitas. Loquor de loco hoc ultimo: nam alias non conſului.* Hactenus Druſius. Cujus interpretationes in Lexicis infra exemplis confirmatas reperies.

CAP. IV. v. 8. מלסלה Α. ὑψῶσε αὐτὴν. Σ. βαστάζε αὐτὴν. Druſius, *Suſcipe illam: vel aſſume; aut ſuſtolle. Verbum Hebraum* מלסלה *Abenezra quoque interpretatur* הגביהה *evehe ſeu extolle illam. Thema eſt* סלל *unde* סולו לדרכב *vetus Interpres*: arripe illam. *Santes*: exalta eam.

Bajula *vel*, porta. *Sed* βαστάζω *proprie bajulo. Id bajulorum eſt qui onera portant: unde & ſimpliciter pro portare uſurpatur. Ab eadem origine* מלסלה *dicuntur caniſtra, quibus uvæ deportantur in vindemia. Caterum quia vindemiator ſubinde redit ad caniſtra. Ideo R. Salomo* כלסלה *exponit*, ſubinde redi ad eam. Quid ſi terere illam? nam מסלה via trita. Sic terere libros in Latio? *Quid dico?* מסלה *proprie via elevata, non trita. Interpretamentum quod ex Nazir laudat Nathan juſtus Jobelides, non eſt contemnendum. Eſt autem* דמוך בה והסוך בה, *ſubinde verſa eam* בלומד התעסק בה תמיד, *ac ſi diceret, exerce te in ea jugiter: ſtudeto ei perpetuo.* Hactenus Druſius.

CAP. V. v. 2. דעת Α. Σ. Θ. γνῶσιν. Trium interpretatio voci דעת jungenda eſt, non autem præcedenti מזמות, cui Druſius eam copulavit: & vero ipſe in nota ſua ſuſpicatur illud γνῶσιν Hebraïcum דעת reſpicere.

v. 11. בכלות Σ. ἐν τῷ ἐκλείπειν. Ο. ἐν ἐκάστῳ. Sic Editionis Romanæ notæ, quas ſequimur. Locus ſic habet in Hebræo ונחמת באחריתך בכלות בשרך ושארך ubi LXX. Romanæ Editionis ſic vertunt, καὶ μεταμελήσῃ ἐν ἐκάστῳ, λιμὸς ἂν καταπέσῃ σάρκες σώματός σου. Ubi illud ἐν ἐκάστῳ reſpondet haud dubie לאחריתך, non autem ſequenti voci בכלות, quæ exprimitur per λιμὸς ἂν καταπέσῃ, *cum contrita fuerint*: ut recte annotavit Druſius.

v 12. נאץ Θ. παρῴξυνεν. Hic Druſius: *Legit forte* נאץ (niets in Piel) *ſiquidem* נאץ (naats in Kal) *potius denotat averſari. Mercerus*, Hoc verbum in Kal eſt avertari, in Piel vero irritare, provocare. *Pſalm.* 10. 3. נאץ יהוה. *Alius*, παρῴξυνε τὸν κύριον, *acerbavit Dominum. Alius*, ἐλοιδόρησε, *detractavit, laceravit probris ac convitiis. Pſalm.* 74 10. יאנץ *LXX.* παροξυνεῖ. *Proverb.* 1. 30. נאצו *A.* ἐλοιδόρησαν. *Sym. Th.* παρῴξυναν. 2. *Sam.* 12. 14. נאצת *A.* παροξύνασι.

v. 16. Α. μὴ διασπαρήσεσθωσαν αἱ πηγαί σου ἔξω. Hic Druſius: *Aquila* μὴ *adjecit de ſuo, an potius ut ſit additum a Librariis ex Editione* ωδε Ο. *Hoc poſtremum probabilius mihi videtur. Non enim certe legitur in Hebræo.* Hactenus Druſius. At licet non legatur in Hebræo, ad concinnam efferendam ſententiam ita neceſſarium videtur, ut vel exciderit, vel ſubintelligatur, oporteat. Totum locum adfero: שתה־מים מבורך ונחלים מתוך בארך יפצו מעיינתיך חוצה נרחבות פלגי־מים יהיו־לך לבדך ואין לזרים אתך, id eſt ad litteram: *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta de medio putei tui. Diſpergantur fontes tui foras, in plateis diviſiones aquarum: ſint tibi ſoli & non alienis tecum.* Ubi niſi particula אל ante יפצו, & ne ante *diſpergantur* ſubintelligantur, quæ ſequuntur, *ſint tibi ſoli* &c. viden-

tur pugnare cùm præcedentibus. Certe LXX. Interpretes negationem vel legerunt, vel subintellexerunt cum ita verterent, *μὴ ὑπεναχούσῃς*.

CAP. VI. v. 7. שטר Σ. *γραμματέα*. An legerit כתר, LXX. quoque Num. 11. 16. ושוטרין vertunt, *καὶ γραμματεῖς αὐτῶν*: Verum & ipsi passim voces aliquatenus similes pro iisdem habent.

CAP. VII. v. 10. שית זונה. A. *Θέσιν πόρνης*. In hæc verba Drusius. *Situs proprie positio. Idem* שית *quippe* שת *posuit. Hic sumi videtur pro habitu aut vestis genere, quæ & ornatum. Qua voce Latini quoque Auctores utuntur. Suetonius in Nerone.* Ac plerumque *vestitus* indutus *&c. Martialis*, Synthesibus dum gaudet eques dominusque Senatus.

v. 16. מרבדים רבדתי A. Θ. *ἐστρώμασι περιέστρωσα*, stragulis stravi Drusius: *περιστρώματα tapetia aulæa, quibus triclinia vel lecti circumquaque sterni solent. Utuntur hac voce Latini autores, ut Plautus & alii. Cicero.* Conchiliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres. *Rectius igitur vertes*, peristromatis stravi. Hactenus Drusius. At ego malim, *stragulis stravi*, quoniam Aquila Hebraïsmos sectari solet, eosque in Latina interpretatione exprimere operæ pretium est: quare מרבדים רבדתי, quod litteræ serviens Aquila vertit *περιστρώμασι περιέστρωσα*, accurate vertitur *stragulis stravi*.

CAP. X. v. 15. מחתת דלים αλλ. *θηλεῖα ἀσθενῶν*. Pro Scholio adfertur a Drusio, sed est versio alicujus Interpretis, pura Symmachi, sed viciata. מחתת, *θηλεῖα* vertit Symmachus hoc cap. v. 29. item, Symmachus & Theodotio Proverb. 21. 15. Hanc vero interpretationem hic secutus Vulgatus Interpres *pavor* vertit. Illud vero *ἀσθενῶν* pro דלים ex versione LXX. in hunc alium Interpretem irrepsisse videtur pro *ἀτέκνων*. Vocem enim דל *ἄτεκνος* vertit Aquila Job. 5. 16. & Symmachus Psalm. 81. v. 3. licet ibi mendose legatur *ἄγονος*, ut monemus in Lexicis.

CAP. XIV. v. 4. בכח שור Σ. *ἐν ἰσχύϊ μόχου*. Hic notat Drusius: *In robore vituli i. tauri aut bovis, quod* שור *proprie significat. LXX. quoque μόχον eam vocem reddunt. Num. 7. 3. & alibi, ut Exod. 22. 1. Hinc Severus in Historia Sacra.* Si quis vitulum surripuerit, *i. bovem, Augustinus Locut. 4. ad locum*, & vitulum annorum septem. Hinc manifestum est, *inquit*, quomodo vitulos appellet Scriptura. Bos enim annorum septem secundum consuetudinem locutionis nostræ, non est utique vitulus &c. *Theodoretus Jeremiæ 46.* vitulum electum vocat Apin. Hic autem bos erat, qui ab ipsis alebatur & adorabatur. *Rursum Augustinus Quæst. lib. 7. Quæst. 25.* Vitulos appellant Ægyptii boves qui grandes sunt, sicut apud nos (*pœnos intelligit*) pulli appellantur gallinæ cujuslibet ætatis: *& alibi, videlicet in Libris locutionum.* In hac locutione notandum putavi eosdem dictos vitulos, quos boves dixerat, sed hoc etiam Græcum idioma esse perhibetur. *Lexicon vetus*, *μόχος vitulus, juvencus.*

CAP. XVIII. v. 19. ארמון A. *βάρεις*, domus. Hic Drusius: *Ample domus, βάρεις a recto βάρις: unde pluralis βάρεις, magna domus. Scholia Græca βάρεις ἰσχυρὰς λέγονται καθ' Σύρους αἱ μεγάλαι οἰκίαι. Amos 1. 12.* ארמנות *palatia A. Sym. βάρεις; id est, domos, ait Hieronymus ad illum locum. Idem in Comment. Jeremiæ 27. scribit βάρεις esse turritas domos, quæ & πυργοειδεῖς. Psalm. 122. 7.* בארמנותיך *LXX. ἐν πυργοειδέσι σου. Item in explanatione Psalmi 44. βάρεις* verbum est, *inquit*, ἰσχυόεων Palæstinæ, & usque hodie domus ab omni parte conclusæ, & in modum ædificatæ turrium ac mœnium publicorum *βάρεις* appellantur.

CAP. XIX. v. 26. יבריח A. *διαδιδράσκων*. Hic annotat Drusius: *Verbum Hebraum magis denotat* qui fugat. *Forte Aquila eo sensu abusus est verbo διαδιδράσκων: quod novum videri nemini debet, cum alia hujus generis occurrant in anteribus illis. Profecto Hellenista Judæi linguam habent peculiarem, quæ ab aliis Græcis non æque intelligitur. Hic operam det oportet qui novum fœdus solide intelligere aut explicare sategit. Credat qui volet. Hujus dialecti ignoratio multos errores peperit in Ecclesia, multisque viris aliequi doctis tenebras offudit.* Hactenus Drusius. Verum ut certum est multos erravisse, quod Græcarum vocum apud Judæos Hellenistas usum ignorarent, nullatenus debet in omnes, multo minus in ipsam Ecclesiam refundi talis ignoratio. Nam probe sciunt periti verba per se deponentia & intransitiva, transitive usurpari sæpissime tum a LXX. tum ab aliis Interpretibus. Neque erat hic locus in exemplum adducendus: nam Vulgata transitive *fugat* vertit, & sic omnes docti transitive intelligunt. An vero *διαδιδράσκων* pro *fugare*, hic acceperit Aquila, an pro *fugere*, non ita certum est, cum utroque modo sententia quadret.

CAP. XXV. v. 3. סיגים Σ. *ὑγροῦ*. Notat Drusius: *ὑγρὸν acini vinacii nucleus proprie: sed hic pro scoria sumi videtur, quæ remanet post purgatum argentum. Hieron. exponit rubiginem, quod est proprie ferri vitium. Ezech. 22. Aquila prima Editio* ξέμφυλον & *ὑγρόν, i. interpres Hieronymo, acinum vinacii: secunda & LXX. commistionem. Porro scoria sordes & purgamenta metallorum sunt, ait idem Hieronymus. Psalm. 118. 119.* סיגים *Hieron. quasi scoriam. Aquila* ξέμφυλα. *Sym.* ευφεῖαν, *aut, ut est in alio Codice,* ευφυεῖαν. Vide in Lexicis nostris.

v. 11. חרי. Incertus, *πίνακι*. Drusius: *Pinacis, non intelligo: Hieronymus hic* margaritum fulgens, *alias*, margarita fulgens. *Sed margaritum non male: sic alibi in eodem*, si tanti vitrum, quanti margaritum. *LXX. σάρδιον πολυτελές. Chaldæus paraphrastes*, vasa smaragdina. *Cant. 7. 1. LXX.* ὁμιλίαν: *monile. Aliis est*, collare, torques, *περιτραχήλιον. Glossæ nominum proprietarum*, chali, gemma aut monile.

CAP. XXVIII. 13. יצליח Σ. *εὐοδωθήσεται*. Ο. *ἀγαπηθήσεται*. Hoc loco *ἀγαπηθήσεται*, non respondet voci Hebraïcæ יצליח, sed paulopost sequenti ירחם. Licet in notis Editionis Romanæ illud *ἀγαπηθήσεται* referatur ad vocem Symmachi *εὐοδωθήσεται*, quæ haud dubie exprimit יצליח; unde id in Editionem nostram manavit. Locus Hebraïce sic habet

מכסה פשעיו לא יצליח ומודה ועזב ירחם

ubi *LXX.* ὁ ἐπικαλύπτων ἁμαρτίας ἑαυτῷ οὐ εὐοδωθήσεται; ὁ δὲ ἐξομολογούμενος ἔλεγχος ἀγαπηθήσεται: ubi perspicuum est *εὐοδωθήσεται* referri ad vocem יצליח, quare reponas velim יצליח Σ. Ο. *εὐοδωθήσεται*.

CAP. XXXI. v. 3. In Hebræo legitur אל תתן לנשים חילך ודרכיך לכחות מלכין i. *ne des mulieribus facultatem tuam, & vias tuas ad delendos reges.* Ex notis autem Editionis Romanæ, חילך Σ. *τὴν ἰσχύν σου*. Ο. *σὸν πλοῦτον*. Postea vero דרכיך A. Σ. Θ. *τὰ σὰ χρίσματα* Ο. *ὁδούς σου*. Suspicatur autem Drusius utramque interpretationem ad vocem חילך pertinere, ita ut ad secundam Symmachi nomen irrepserit; secundum ejus itaque conjecturam sic restituendum esset חילך A. Θ. *τὰ σὰ χρίσματα*. Σ. *τὴν ἰσχύν σου*. Ο. *σὸν πλοῦτον*: sane si verborum significatio spectetur, hæc optime quadrant: verum præterquam quod hæc accurate ut videtur in Editione Romana notantur; ita ut in prima voce חילך unius Symmachi versio adferatur; in secunda vero trium, nempe A. Σ. Θ. ita ut nullum appareat lapsus vestigium, דרכיך quod pluraliter jacet in Hebræo, pluraliter etiam effertur *τὰ σὰ χρίσματα*; ægre autem crederem Aquilam scrupulosum interpretem vocem חילך singulariter pluraliter expressisse *τὰ σὰ χρίσματα*, ubi Symmachus eam singulariter exprimit: & alioquin illud *τὰ σὰ χρίσματα* optime quadrat ad sensum. Quare nihil mutandum censeo.

IN ECCLESIASTEN.

NOTÆ.

CAP. II. v. 9. in Nota noſtra: *Ubi Hieronymus, S.* & adjeci ſapientiam ſuper omnes. Ibi mendoſe ponitur S. poſt Hieronymus; quo ſignificaretur Symmachum ita vertiſſe; ſed legendum: Ubi *S. Hieronymus*, & adjeci &c.

v. 12. in Nota noſtra: *Hieronymus S.* ante factorem ſuum. Legendum ut ſupra *S. Hieronymus*, ante factorem ſuum.

Ibidem in textu שיבוא אחרי המלך *S. qui ire poſſit poſt regem.* Hanc interpretationem adfert quidem Hieronymus, ſed Symmacho non adſcribit: quare non liquet eſſe Symmachi.

CAP. III. v. 20. in Nota noſtra: *Hieronymus S.* omnia vadunt ad locum unum. Lege *S. Hieronymus*, omnia vadunt &c.

CAP. IX. v. 3. הוללות A. πλοῖα Σ. αὐθάδεια. O. περιφέρεια. Omnes Græcæ verſiones in recto ponuntur in Edit. Romana, unde hæc exſcripta ſunt: tametſi certum eſt, apud Symmachum non in recto fuiſſe, ſed in obliquo caſu, puta genitivo: nam interpretatio hujus loci Latina ſecundum Symmachum ſic habet ex Hieronymo: *Sed & cor filiorum hominum repletur malitiâ & procacitate juxta cor eorum in vita ſua*, quæ Latina ex his Græcis manaſſe videntur: ἀλλὰ καὶ ἡ καρδία τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων πλησθήσεται κακίας καὶ αὐθαδείας, κατὰ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Sed qui prior Aquilæ & Symmachi verſionem cum interpretatione τῶν O. comparavit, omnia in nominativo poſuit, ut ad vocem illam τῶν O. περιφέρεια quadrarent. Quod paſſim obſervatur in hoc Opere.

IN CANTICUM CANTICORUM.

NOTÆ.

CAP. I. v. 5. שחורה O. μέλαινα. ἀλλ', ὑπερτικὸς. Sic Ed. Rom. & Druſius, qui illud ὑπερτικὸς pro Scholio habent, & ad μέλαινα referunt; ſed certum videtur illud, ὑπερτικὸς, quod eſt veteris cujuſdam Interpretis, referri ad vocem ſequentem נאוה quæ proprie ſignificat ὑπερτικὸς decora, ſicque ponendum eſſe שחורה O. ἀπλῶς. ἄλλος, ὑπερτικός.

v. 14. עין גדי Σ. ὃς ἐν Ταδδί. Probabile eſt vel Engaddi una voce legendum eſſe, aut ſi duæ voces legantur, ἐν præpoſitionis loco non eſſe habendam, ſed litteris Græcis referre ע Hebraïcum. Ne alterutrum affirmem vetat articulus τῆς: nam illud אכרמי עין גדי vertit haud dubie Symmachus ἐν ἀμπελῶσι τῆς ἐν Ταδδί, ubi illud τῆς ante ἐν poſitum ſubindicare videtur potuiſſe Symmachum, non ita ſcrupuloſum Interpretem ἐν hic præpoſitionis loco ponere.

IN HESAIAM.

NOTÆ.

CAP. II. v. 16. תרשיש οἱ λοιπ. Θαρσεῖς. Hîc Druſius: *Tharſis: Hieron.* naves Thariis. I. πλοῖα Θαρσεῖς. *Eſt autem propria regio quæ nobis Cilicia dicitur: unde & metropolis ejus portu mercatuque nobilis nomen habuit. Græci enim* Ταρσὸν *dixere. Hîc Paulo fuit patria. Sunt qui Africæ urbem fuiſſe cenſent, quæ nunc Tunes, olim Carthago nominabatur. Hanc opinionem ſecuti LXX.* תרשיש *Ezech.* 27. *reddunt* Καρχηδόνιοι. *Euſtathius in Dionyſium Alexandrinum de ſitu orbis,* ἰσφῆ δέ φασι καὶ ὅτι Θαρσεῖς ἡ θεία γραφὴ οὐ τὸν ταρσὸν κατά τινας, ἀλλὰ τὴν Καρχηδόνα καλεῖ, σφραγισαμένων τῆς Ἀφρικῆς. *Sed vide ſis quæ ſcripſimus Obſervat. libr.* 6. *cap.* 3. Hactenus Druſius: Qui non ſat conſulto dicit Tunem hodiernam, eſſe Carthaginem: quæ autem præterea adfert de *Tharſis*; variorum opiniones ſunt, quarum ſingulæ non vacant difficultate. Sed hæc pluribus indagare, non eſt præſentis inſtituti.

CAP. III. v. 18. השהרנים Σ. μανιακὰς. (Ex Theodoreto) O. μηνίσκους. In hunc locum Druſius: *Et collaria, vel torques, μανιάκης enim torques a collo dependens, unde collare vocatur. Eſt ubi reperitur μανιάκαι cum accentu in penultima. Origo nominis ut apparet ex Chaldæo* בניכא *quo torquem ſignificant, vel, ut alii volunt, armillam, quod eſt ornamentum manuum. Sunt qui ornamentum brachiorum eſſe tradant. In centone Euſebiano,* (erat Codex mſ. de quo ſæpe loquitur,) *Etiam torques:* idem pro armillis, quod paulopoſt dixit penſilia. *Cæterum οἱ* O. *hîc ediderunt μηνίσκους, ut Latinus Interpres, qui a vulgo nomen habet* lunulas. *Sic Judic.* 8. 21. שהרנים *idem μηνίσκους, lunulas. Qua voce uſus eſt Plautus in Epidico*, lunulam atque anellum aureolum in digitum: *exponunt, lapillum ſive gemmam rotundam inſtar lunæ. Alius, μηνίσκοι ſunt monilia ad lunæ ſimilitudinem in rotundum formata. Contextus poſtea* עגלות *i. torques appellat, videlicet v.* 26.

v. 19. הנטפות Σ. χαλαστὰ. Druſius: *Si quid video in his rebus, μανιακὰς potius reſpondet* מטיפות (ſic) *i. torques aut monilia, ſic dicta quod in pectus a collo ſtillarent. Apellatio a ſtillando, ut ſtalagmia & σταλαγμὰς dicimus gemmas oblongas aurium lobis appendentes, a gutta, quæ σταλαγμὰς dicitur, ſimilitudine. Sane χαλαστὰ cum catenas denotet, potius interpretamentum eſt vocis proxime ſequentis* והשרות: *unde & περὶ ἡ ἅλυσις i. catena, quæ & περὶς. Obvia hæc diſſidio* 2. *Paralip.* 3. ἐκύλισε ἐν αὐτοῖς φοίνικας & χαλαστά. *Ubi Complutenſis Editio ἁλύσεις habet, ut & paulo poſt ἁλύσεων, pro eo quod in aliis eſt χαλαστῶν, id eſt, catenarum.* Hactenus Druſius: ſed hæ ſunt conjecturæ meræ, quas Lectoris judicio mitrimus.

CAP. XIII. v. 19. אחים A. τυφλῶν. Druſius: *Typhonibus, τυφῶν* (ſic accentus) *nomen dæmonis, quem Hieronymus inter Ægyptios deos numerat, inquiens,* ſignificat quod Ægyptii Heroas & deos autores ſuæ gentis ſimulent, Oron & Iſin & Oſirin & Typhonem.

De

De Ægyptio autem Typhone videndi ſunt Herodotus & Diodorus Siculus. Eſt & nomen gigantis.

CAP. XX. v. 1. נעלך A. Σ. τὰ ὑποδήματά σου. Ο. τὰ ἐνδεδιά σου. Hic notat Druſius: *Prius erat, τὰ σανδάλιά σου. i. ſandalia ſive calceamenta tua. Gen.* 14. 22. נעל ὑποδήματα, *Hieron. caliga. Jonathan & auctor Jeroſolymitana* כסדרא. *Onceles* מסנא *i. calceus, ὑποδήματα proprie ſolea, quibus planta pedis dumtaxat obteguntur. Vide Gel. lib.* 13. *cap.* 20. *Vincula pedum vocantur a pueris.*

CAP. XXI. v. 11. אלי קרא משעיר A. Σ. Θ. πρὸς ἐμὲ κάλει ἐκ φυγόντας ἀπὸ τῆς Σηείρ, Ο. πρὸς ἐμὲ κάλει ἀπὸ τῆς Σηείρ. Illud ἐκ φυγόντας non videtur ad textum Aquilæ & Symmachi pertinere; ſed adjectum putamus a Procopio. In hunc vero locum Hieronymus: *Verbum Hebraicum* ELAI, (Cod. San-Germanenſis HELN; pro HELH ſive HELE forſan) *quod omnes interpretati ſunt*, ad me, *ſi volueris legere* ELI, *interpretatur*, Deus meus, *vel* fortis meus *Quodque nos diximus* clamat, *vel* vocat, id eſt, καλεῖ; *ſecundum Hebrei & Graci ſermonis ambiguitatem dici poteſt* clama, *vel* voca.

IN JEREMIAM.

NOTÆ.

CAP. XVII. v. 27. ארמנות A. Σ. βάρεις. Hieronymus: *Domos ſive vicos Jeruſalem, LXX. Aquila & Sym.* βάρεις, *turritas domos interpretati ſunt; appellanturque Hebraice* ARMENOTH. In hunc autem locum Druſius: *Alibi dicit eſſe verbum* ἐπιχώριον *Paleſtinæ, quo domus ab omni parte concluſa, & in modum ædificatæ turrium & mœnium publicorum, ſignificantur. Pſalmo* 122. 7. ὁ πυργοδόμος σου. *Euthymius*: Hac dictione mœnia turribus circumſepta ac munita intelligimus. *Scholion*, βάρεις, ἐπιχωρίως λεγομένη παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι. *Pſalm.* 44. τὸ βάρεων ἰλιφαντίνων *ex hoc loco intelligentiam habet. Nam male interpretantur*, a gravibus eburneis, *tanquam a* βαρὺς, *cum ſit a* βάρις.

CAP. XXXIX. v. 4. הערבה Θ. διὰ ἀραβᾶ. Druſius: *Araba, i. deſerti. Vox Hebraica, Jonathan fere reddit, planitiem. Sane* ים הערבה *idem interpretatur, mare planitiei. Symm.* τῆς ἀοικήτου *i. ſolitudinis. Aquila vocem Araba retinuit. Vide Maſium in Joſuam, p.* 66. *&* 219. *Euſebius de locis*, Araba, Aquila planam, Symm. campeſtrem interpretantur. *Amos*, 6. 14 נחל הערבה, *Hieron.* torrens deſerti. *Sym.* vallis campeſtris. *Aquila*: torrens qui eſt in planitie. *Th.* torrens Arabiæ; *forte legendum* Arabæ. *Jeſai.* 40. 3. במדבר. *Hieron.* in ſolitudine: *Jonathan* במישרא in planitie. *Joſ.* 11. 2. ערבה *A.* διὰ ὁμαλοῦ. *Sym.* πεδινοῦ. *Hoc campeſtrem, illud planam ſignificat. Joſ.* 3. 16. *A.* ὁμαλοῦ. *Sym.* ἀοικήτου. *Th.* ἀραβᾶ. *Hieron.* in ſolitudine. *LXX.* ὄρους. *Rurſum Maſius in Joſuam pag.* 144 Non ſolum ſignificat idem quod מדבר deſertum, ſed etiam locum æquabilem, planum, campeſtrem: Unde a Symmacho nunc πεδινὰ, nunc ἀοικήτος redditur, ab Aquila vero plerumque ὁμαλὰ. *Mercerus in Amos*, Nomine Araba ſignificatur locus planus, non deſertus omnino, nec plane fertilis; ſed mediæ cujuſdam naturæ, ubi tantum pabulum jumentis aptum creſcat, quod μίγμα appellatur. Nam ערב Arab, miſceo. Hactenus Druſius. Vide in Lexico infra ad vocem ערבה.

CAP. XLI. v. 17. בגורת כתובם. Druſius: *Legendum in Græca Editione* ὁ τρωὼ χαμαάμ, *pro eo quod vulgo legitur* ὁ τραχωχαμάα. *Nam eſt vox mere Hebraica. Sunt Editiones quæ habent*, ὁ τῷ βαρὼ χαάμ, *quod magis corruptum, cum ex unica voce facta ſint duæ, & quod abſurdiſſimum, ſyllaba Hebraica in Græcam degeneravit. Sed imperitia quid non audet?*

IN EZECHIELEM.

NOTA.

CAP. 8. v. 3. סמל הקנאה ἐκτίνωμα τοῦ ζηλώσεως. Hic Druſius: *Æmulationis vel zelotypiæ. Cæterum Senes videntur legiſſe* הקנה. *Nam vertunt*, poſſidentis. *Hieron.* porro quia zelus & poſſeſſio, quod Hebraice dicitur מקנה eodem appellantur nomine, pro ſtatua zeli LXX. ſtatuam poſſidentis interpretati ſunt. *Hæc cum judicio legenda: nam quod ait zelum & poſſeſſionem eodem nomine appellari, aperte falſum eſt. Poſſeſſio enim* קנין *dicitur, non* מקנה. *Hoc a* קנא *deducitur, illud a* קנה. Hactenus Druſius. Verum Hieronymus hic non Hebraicis litteris poſuit מקנה: ſed CENA, ut reſtituit Martianæus, quam vocem ſecundum ſimilitudinem ſoni non literarum, ait zelum & poſſeſſionem eodem appellari nomine. Nam alibi quoque Hieronymus parem ſimilitudinem obſervat, & a ſono tantum ac pronuntiatione accipiendam eſſe monet.

IN OSEE.

NOTÆ.

CAP. 3. v. 4. תרפים S. Th. Theraphim. In hanc vocem Druſius: ἀνευ θεραφὶμ, *vel ſi placet* θεραφεὶν, *ut Gen.* 31. 34. התרפים *A.* μορφώματα. *S.* θεραφὶν. *Hieron in libro quæſtion Hebraic.* THERAPHIM Aq. μορφώματα, id eſt, figuras & imagines interpretatur. *Idem in Comment. ad hunc locum*; THERAPHIM proprie appellantur μορφώματα, id eſt figuræ & ſimulacra. *Si eumdem recte capio, Aquila hoc loco* φωτισμοὺς *tranſtulit, id eſt, illuminationes* (imo tranſtulit μορφώματα ut habet Coiſlin. nam φωτισμοὺς eſt אורים,) *forte quod illuminando docerent ac præfacerent futura. Qua ratione vocantur a paraphraſte Chaldæo Jonatha* מחי, *id eſt*, indicantes, *& a Græcis* δῆλοι *i.* manifeſtationes: *alibi Chaldæus interpretatur* צלמיא *id eſt*, ſimulacra, *& Graci* εἰδώλια: *id eſt*, idola. *De his Triſmegiſtus in Aſclepio*, Videſne, *inquit*, ſtatuas animatas, ſenſu & ſpiritu plenas & talia facientes? ſtatuas futurorum præſcias &c. *Marſilius Ficinus in libello de vita cœlitus producenda cap.* 13. Triſmegiſtus ait Ægyptios ex certis mundi materiis facere conſueviſſe imagines, & in eas opportune animas dæmonum inſerere ſolitos atque animam avi ſui Mercurii, iremque Phœbi cujuſdam & Iſidis Oſiridiſque ſic in ſtatuas deſcendiſſe, profuturas hominibus, vel etiam nocituras, *& quæ ſequuntur. Vide & cap.* 16, *&* 18. *Idem cap.* 20. Arabes & Ægyptii tantum ſtatuis & imaginibus attribuunt arte aſtronomica & magica fabricatis, ut ſpiritus ſtellarum in eis includi putent. Spiritus autem ſtellarum intelligunt alii quidem mirabiles cœleſtium vires, alii vero dæmonas etiam ſtellæ hujus illiuſve pediſequas. Spiritus igitur ſtellarum qualeſcumque ſint, inſeri ſtatuis & imaginibus arbitrantur, non aliter ac dæmones ſoleant humana nonnumquam corpora occupare; perque illa loqui, moveri, movere, mirabilia perpetrare. Similia quædam per imagines facere ſtellarum ſpiritus arbitrantur &c.

IN DUO LEXICA SEQUENTIA PRÆVIA DISQUISITIO.

Quomodo veteres Interpretes Hebraïce legerint.

RE litteraria fore putavimus, ſi duo Lexica Hexaplorum collectioni ſubjungeremus: quorum primum Hebraïcum, ſingulas Hebraïcas voces exhiberet cum interpretationibus veterum, quæ in Hexaplis erant; unde non parum emolumenti Linguæ Sanctæ ſtudioſis obventurum ſperamus. Veterum autem Interpretationibus ſubjicimus eas, quæ habentur in Lexicis hodiernis; ut quiſque videre poſſit in quo veteres cum recentioribus conveniant, in quo ab eis in ratione interpretandi differant.

Hoc autem Lexico aliquatenus ſarcitur damnum ex amiſſione Hexaplorum rei litterariæ Hebraïcæ importatum. Ex Interpretationibus quippe veterum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis aliorumque, quæ ad ſingulas voces Hebraïcas adferuntur, cognoſci plerumque poterit quo pacto iidem aliis in locis, quæ intercidérunt, interpretati ſint. Plerumque dixi: non paucæ enim ſuperſunt voces Hebraïcæ, quæ aut ſemel tantum aut rariſſime occurrunt, quarum Hexaplares interpretationes prorſus exciderunt. Ne quid porro deſiderari videretur, Septuaginta quoque Interpretum verſionem cum aliis paſſim adferimus, quando ſcilicet illa ad vocum explanationem aliquid momenti conferre videtur.

Secundum Lexicon, Græcum ſive a Græcis vocibus incipiens, verba Græca præcipua ordine alphabetico exhibet; ea videlicet quibus Aquila, Symmachus, Theodotio, aliique in Editionibus ſuis ſunt uſi. Adſcripta ſunt ſingulis vocibus verba Hebraïca quæ iis reſpondent: ſæpe vero contingit ut plurima verba Hebraïca una eademque voce Græca a variis Interpretibus, imo nonnunquam ab eodem variis in locis, exprimantur. A vocibus porro quæ in LXX. Interpretibus habentur abſtinendum duximus; tum quia eas jam accurate collegit Conradus Kirkerus in Concordantia ſua; tum quia id nimiæ operæ fuiſſet, & majoris molis libros peperiſſet, quam ea ipſa, ut jam edimus, Hexapla. Hic obſervabunt ſtudioſi, magnam Græcarum vocum ſylvam, quarum pleræque vel prorſus ignotæ, vel parum frequentatæ, nunc cum germana ſua interpretatione prodeunt.

Alteram hinc utilitatem excerpere poterunt qui legendis SS Patrum Operibus vacant; nimirum quia ſæpe accidit Patres Scriptoreſque Eccleſiaſticos, dum Scripturæ loca referunt, Lectiones exhibere quæ in Vulgatis ℣ O. Exemplaribus non feruntur, quæque ex aliis Interpretibus, puta Aquila, Symmacho vel Theodotione, in quædam Exemplaria inductæ fuerant; tunc ope Lexici noſtri, non modo ad quamnam ex Interpretibus lectio pertineat; ſed etiam ex qua Scripturæ parte excerpta fuerit, edíſci poterit. Siquidem Concordantiæ Græcæ, ea ſolum verba, quæ in Vulgatis Editionibus habentur adferunt; ita ut ſicubi aliunde lectio petita fuerit, ibi lector hæreat, nec poſſit veram locorum ſedem reperire.

Operæ pretium erit binis Lexicis ea præmittere quæ de vario Hebraïca legendi more obſervata nobis ſunt. Certum quippe eſt magnum interceſſiſſe veteres inter & recentiores in lectione diſcrimen. Imo etiam inter veteres eadem lectionis varietas obſervabatur: ait enim Hieronymus: *Nec refert utrum Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio litteris perraro utantur Hebræi, & pro voluntate Lectorum ac varietate regionum eadem verba diverſis ſonis atque accentibus proferamur.* Nihil mirum igitur eſt ſi Maſſoretica lectio, cum vetuſtiore illa non prorſus conveniat: ſiquidem Maſſoretæ eam annotaverunt quæ ætate ſua, & eo loco ubi verſabantur uſui

erat: quæque ab antiquiore illa & ab ea, quæ variis in regionibus uſurpabatur, multum differebat. Quin etiam hodie lectione per Maſſoretas ad certas vocales determinata, inter Rabbinos plerumque non ſatis convenit quo pacto ſit legendum. Inde eſt quod Veteres illi non ſecum ſemper conſentiant in lectionibus, ſed alius alio modo idem verbum proferat, quod exemplis ſequentibus confirmatur. Initium porro ducimus ab Alphabeto Græco, quod cum litterarum nominibus, Græcis literis deſcriptum habetur apud Euſebium de Præp. Evang. lib. 10. & in Codice RR. PP. Jeſuitarum Collegii Ludovici Magni in Threnis Jeremiæ; necnon in Alphabeto Codicis Murbacenſis mille circiter annorum, a nobis edito Palæographiæ Græcæ p. 221.

DE VETERI LITTERARUM HEBRAICARUM PRONUNTIATIONE.

אלף *Aleph.* Euſebius legit αλφ. Cod. Jeſ. αλφὰ, Alphabetum Murbacenſe ALEPH. Ait vero Hieronymus Quæſtionibus in Geneſim, hanc litteram ſæpe per e legi, ſæpius vero per a. Aliquando per o lecta deprehenditur ut 3. Reg. 1. 5. ארניה. LXX. *Oprias.*

בית *Beth.* Euſebius & Codex Jeſ. βὶθ, Alph. Murbac. BETH. Omnino reſpondet ב Græco, atque hodie, ut ב Græcum, ſæpe legitur per V conſonantem, quando ſcilicet non eſt dagheſſatum.

גימל *Ghimel.* Euſebius γιμελ legit, Codex Jeſuit. γμελ. Alphabetum Murbacenſe GEMEL. Exprimitur ſemper per γ Græcum.

דלת *Daleth.* Euſebius & Codex Jeſ. δὰθ legunt ſuppreſſa poſtrema vocali. Alphabetum Murbacenſe DELETH. Legitur per δ ubique.

הא *He.* Euſebius & Cod Jeſ. una litterâ ʽ exprimunt. Poſtremus vero cum ſpiritu denſo ἁ. Alphab. Murbac. HE. Hæc porro littera ſæpius per e exprimebatur, ſæpe etiam per a teſte Hieron. Quæſt. in Gen. Canticorum autem 7. v. 6. ברהים legit quidam vetus Interpres βεεραπὶμ,

ו *Vau.* Euſebius & Cod. Jeſ. ϝαῦ, Alph. Murbac. VAU. Hæc littera numquam conſonantis vice fungitur in fragmentis per Græcos deſcriptis, nec fungi poſſe videtur, quandoquidem initio vocum exprimitur per ὑ, ϝἀεεὶ, ויחי *& vixit;* ϝεσπασὴ וישקהו & oſculatus eſt. In medio autem & fine vocum modo per ὑ, modo, & quidem frequentius per ω redditur: qua de re infra.

זין *Zain.* Euſebius & Cod. Jeſ. Zαὶ legunt omiſſa poſtrema nominis littera. Itemque Zaï legitur in Alphabeto Murbacenſi quod edidimus Palæographiæ Græcæ p. 221. Ex Manuſcriptis vero noſtris unus IX. ſæculi num. 3. habet Zaï. Alter XI. circiter ſæculi. num. 12. item Zaï. Tertius XII. circiter ſæculi num 5. Zay. Sed alius IX. circiter ſæculi num. 2. & alius XII. ſæculi num. 17. Zain, habet. Codex item Coiſlin. Græcus num. 191. habet ζαΐ. In alios quotidie incido Codices, qui Zai habent. Quare vix dubitaverim quin olim ab omnibus Zai, non Zain lectum fuerit. ז omnes per ζ reddunt.

חית *Hheth.* Euſebius & Cod. Jeſ. χὶθ legunt, cum aſpirata ſcilicet, etſi in poſtremo non legatur ſpiritus. Alph. Murbac. HETH. Hanc litteram LXX legebant per χ. *Chi*, ut notat Hieronymus Quæſt. in Gen ut חם χὰμ Cham. Et in Jeremiam cap. 19. v. 2. de voce חרסית hæc habet. *Et pro porta fictili, Aquila, Symmachus & Theodotio ipſum verbum poſuerunt Hebraicum* HARSITH: *pro quo LXX. juxta morem ſuum pro aſpiratione* HETH *litteræ, addiderunt* CHI *Græcum, ut dicerent* charſith *pro* arſith: *ſicut illud eſt, pro* Hebron, Chebron, *& pro* Jeriho, Jericho, & ſimilia. Alii, maxime vero Aquila, pro aſpirata habent; ac ut veriſimile eſt, initio dictionum per ſpiritum denſum indicabant, licet jam ſpirituum hujuſmodi commutationes multæ, maxime in nominibus propriis, deprehendantur: quia enim olim Origenis tempore, & aliquot poſt Origenem ſæculis, Exemplaria omnia ſine ſpiritibus

& accentibus describebantur, quando hæc annotari cœperunt, Calligraphi eos spiritus in nominibus propriis posuerunt, qui primum in mentem veniebant. Hac autem in re Codices sequuti sumus, male positos lenes spiritus emendare non ausi. In medio dictionum litteram ה nonnisi per vocalem exprimebant, unicum tamen reperitur exemplum ubi Symmachus vocem אחים ὠχλία legit nempe Isai. 33. 21. Initio vocum, ut dixi, vocalem qua litteram exprimebant aspirare solebant: ea porro vocalis erat aliquando ε. Sic Gen 2. 14. ἐδ ἐσσηλ חדקל *Tigris* Josue 15. 30. הרמה, ἐ μα. *Herma* & similia: sæpius autem α ut 4. Reg. 1. 2. Aquila Ααζία, אחזיה, qui dicitur, Ochozias ab Hieronymo & LXX. & Psalm. 9. 7. ἀρέωθ חרבות & Psalm. 103 17. ἀσιδὰ חסידה & Jerem. 19. 2. A. S Th ἀρσὶθ חרסות ut supra. In medio, sive post primam litteram vocis frequentius ε vel ι Gen. 5. 5. ἐβασεὶ ויחי *& vixit.* 3 Reg. 1. 9. A. S. ζωελὲθ זחלת. Psal. 7. 15 ἐεβὲλ יחבל Isai. 15. 5. A. ἐλιὲσσα לוחית nomen proprium. Aliquando etiam α ut 4. Reg. 1 In fine autem vocum ε aut ι fere exprimitur, nisi sequatur ה paragogicum. Sic Gen. 3. 8. λαρουὶ לרוח *ad spiritum*, vel, *ad auram.* Psalm. 8. 1. λαμαναασὶ למנצח. *Victori.* Ps 48. 1. Κορὲ קרח Deut. 16. 1. A. Φεσὲ, פסח, Phase vel Pascha. Malachiæ. 11. 13. μασβεὶ, מזבח altare, & ibid. לקרח λαχὶθ. Aliquando etiam præponitur α ante ε ut 4. Reg. 11. 6. A. μασαὲ בסח.

ט *Teth.* Eusebius & Cod. Jes. τὶθ cum aspirata Θ in fine. Alphabetum Murbacense TET, licet non aspiretur initio vocis, sed τ legatur apud Veteres, ut in his exemplis cernimus. Unde fortassis suspicio oriatur, postremam litteram, quæ in allatis omnibus exemplis aspiratur, olim fuisse ת aspiratum, lectumque fuisse טת pro טט hodierno. Nam ט non aspirabant. Sic Psalm. 109. 4. מאל טל, *ros.* Psalm. 8. 6. מעט מעט *parum.* Deuteron. 2. 3. A. σιθὶμ שטים & Isaiæ 26. 4. βατυ βατὶ בטוח בטחו.

י *Iod.* Eusebius legit Ιὼθ & Ms. Jes. Ιωθ. In Alphabeto item Murbacensi legitur IOTH. Codex item Coislin. Græcus numero 191. habet Ιὼθ. Qui multorum in postrema littera consensus subindicat olim lectum fuisse ית quod confirmare videtur Ιωσπ Græcum, haud dubie ex Hebraïco derivatum. Quotidie incido in Codices qui Ιὼς habent, unde asseritur id quod supra diximus. Ut ut vero sit ι mobile redditur per ι ab omnibus. De quiescenti infra.

כף *Chaph.* vel *Kaph*, ut Grammatici hodierni, & Alphabetum Murbacense. Eusebius & Mss. Jes. χὰθ. Ab Interpretibus aspiratur semper, ut innumeris exemplis ex hac collectione desumptis probari potest; quod si bis terve contrarium occurrat, id potest Librariorum oscitantiæ adscribi.

לבד *Lamed.* Eusebius & Mss. Jes. λαβὰθ *Labd.* Crederem Librarii errato λαβὰθ pro λαμὰθ scriptum fuisse, quia a IX. vel X. sæculo β & μ in Codicibus affinem sæpe formam habent, ut difficile quandoque sit aliam ab alia littera distinguere, maxime quando sensus non juvat, ut hic contingit; sed cum Codex Jes. VIII. circiter sæculo exaratus, unciali charactere scriptus sit, alia quærenda hujus nodi solutio: fortassis ad euphoniam & faciliorem pronuntiationem pro λαμὰθ, λαβὰθ scriptum fuit. Alphabetum Murbacense LAMED.

מם *Mem.* Eusebius & Cod. Jes. Μὶμ legunt. Alphabet. Murbac. MEM. Omnes vero ם per M exprimunt, præterquam in fine vocum, ubi N pro M frequentissime ponunt Græci, quia nempe a terminatione in μ abhorret Græca Lingua.

נן *Nun.* Eusebius & Cod. Jesuit. νωὶν. Per N omnes. Alphabetum Murbacense NUN.

סכך *Samech.* Eusebius & Codex Jes. σαμὶχ. Alphabetum Murbacense SAMETH. Omnes vero legunt per Σ.

ע *Ain.* Euseb. & Cod. Jes. αἰν. Alphab Murb. AIN LXX. Interpretes non raro per exprimunt. A עוה עוי. Alibi & literam & motionem frequentius per ι, nonnunquam per α reddunt Sic Gen. 2. 8. ערן ἐδὲμ Gen. 28. 19. עיר ἰὼθ Josue 7. 14. ἐμὲκ, עמק. 1. Reg. 17. 18. A. ἐεγαβὰ ערבה. 3. Reg. 4. 12. מעבר. LXX. μαβὲρ. 4. Reg. 1. 2.

עקרון, ἐκρών Pſalm. 46. v. ult. עם ἔμ, *cum*; ſed quando עם ſignificat populus legitur ἀμ. Pſalm. 90. 9. Ελιὼν עליון. Iſai. 64. 5. Theodotio, ἐδὰμ עדיכם. Et ſic alibi. Per α autem Gen. 3 5. αἰωμ, ערום *nudus*. Joſue 7. 24. ἀχωρ עכור. Pſalm. 8. v. 1. ἀλ על. Pſalm. 74. 4. ἀρωδα, יכורה. Pſalm. 75. αἰὴ ענו. Pſalm 48. 6. עון αἰων, ibid. v. 12. ἀλὴ עלי Iſai. 15. 1 Theodotio ἀρ ער. In Appendice Deut. 2. 23. A ἀζὰ עזה. In medio autem vocum, ſive poſt primam litteram, modo per ε, modo per α, & quidem frequentius, exprimitur; per ε Malach. 1. 13. העשו, ἐποὺ, (ſee 11. 1. ופר נער; per α. Pſalm 8. v 6. μετ בעט. Pſalm. 11. 7. βαελὰλ, בעליל 4. Reg. 1. 2 βελ, בעל Iſai. 26. 2. σαριὶμ שערים. In fine autem vocum per ε fere ſemper legunt, niſi ſequatur ה paragogicum ſive Hœmanticum: nam tunc per α legitur. 1. Paralip. 7. 26. ιωσὲ יהושע 4. Reg. 11. 4. יהוידע S. LXX. Ιωδαὲ. 4. Reg. 13. 34. A. αὲ ועז; aliquando tamen per α Deut. 1. 38. O. Ιησαὲ. יהושע, & Joſue 15. 26. σαμαὲ. שמע.

Certum autem eſt gutturalem aliquam pronuntiationem habuiſſe ע apud Hebræos. Spiritu leni afficitur ut plurimum quando initio vocis jacet in fragmentis veterum Interpretum quæ ſuperſunt: quibus tamen non plena fides habenda, ut diximus ad litteram ה. Hieronymus ſine aſpirata ſæpius: aliquando tamen cum aſpirata legit. LXX. quandoque cum γ ut Γαὶ. Aliquando cum χ ut Amos 1. 5. עדן Eden, ubi LXX. legunt ערן, & vertunt Χαρρὰν. Ubi Hieronymus: *In eo quippe loco, ubi nos diximus, &c.* Vide in nota ibid.

פה *Pe.* Euſebius & Mſ. Jeſ. φὲ. Alphabetum Murbacenſe FE. Veteres omnes Interpretes פ per φ ſemper efferunt. Aitque Hieronymus Comment. in Iſaiam tom. 3. *P litteram ſermo Hebraicus non habet; ſed pro ea PHI Græco utitur.* Et Comment. in Danielem cap. 11. v. 35. dicit in ſola voce אפדנו legi APEDNO; in aliis per φ ſemper.

צדי *Iſadi.* Euſeb & Mſ. Jeſ. σαδὶ. Alphabetum Murbacenſe SADE. Omnes Interpretes per σ legunt.

קוף *Quoph.* Euſebius & Mſ Jeſ. Κὼφ. Murbacenſe Alphabetum KOPH. Veteres per κ exprimunt Si ſecus aliquando reddi obſervetur, videlicet per χ, puto id Librariorum oſcitantia accidiſſe.

רש *Reſch.* Euſebius & Mſ. Jeſ. Ρὲς, Alphab. Murbac. RES.

שין *Schin.* Euſebius & Mſ. Jeſ. σὶν, Alphab. Murbac. item SEN. Veteres ſemper σ legunt ſive dextro ſive ſiniſtro puncto ſit notandum.

תו *Tau.* Alphab. Murbac. habet eriam TAU; ſed Euſebius & Mſ Jeſ. Θαῦ Thau. Veteres ſemper Θ reddunt, non Τ.

DE VOCALIBUS HEBRÆORUM.

Quod ad vocales autem Hebræorum attinet, inter doctos diſputatum eſt num litteræ אהוין vocalium olim officio fungerentur, ut credidiſſe videtur Hieronymus: an conſonantis vicem haberent, ut docent plerique hodierni viri. Sane ſi hæ litteræ vocalium uſum habuerint, neceſſe prorſus fuerit alias penes Hebræos fuiſſe vocales, quæ licet non notarentur in Libris, ex conſuetudine tamen uſurparentur. Cum enim nulla vox, nullum verbum poſſit ſine vocali pronuntiari, & innumeræ apud Hebræos voces nullam ex litteris אהוין præferant; certum eſt eos præter has litteras alias habuiſſe vocales, quæ quidem non ſcribebantur, ſed ex conſuetudine adhibebantur, etſi magna eſſet in legendo varietas. Litteræ autem אהוין præſertim quæ aſpirantur אע non determinatam vocalem, ſed modo hanc, modo aliam in uſu legendi & loquendi obtinebant; ita ut & aſpiratio & vocalis unà ſonarent: quod nemo negaverit. Utrum autem illa aſpiratio conſonans dici debeat, videtur eſſe mera nominis quæſtio. De ו & י non eſt, ut quidem puto, par ratio: nam veriſimile eſt eas, ut plurimum ſaltem, vocalium officio functas eſſe; ſed iis qui ſecus exiſtimabunt rem, perquàm exigui momenti pluribus indagandam mitto. Jam ad vocales illas veterum cum hodiernis Hebraïzantium

דק conopæum, aulæum, cortina. *Hesai.* 40. 22. *sic quidam. LXX.* καμάρα, fornix.

דקר *Aquila, Symmachus, Theodotio*, ἐκκεντῶν, transfigere, confodere. *Zach.* 12. 10.

In Niphal, transfigi, ידקר *Aquila, Symmachus, Theodotio*, ἐκκεντήσονται, transfigetur. *Hesai.* 13. 15.

In Pual, transfixum esse.

מדקרות κεντήμασι, transfixiones, *Symmach. Theod. Prov.* 12. 18.

דר parius lapis, parium marmor, seu lapis quidam pretiosus.

דראון contemptus. *Item*, fastidium, nausea.

דרבן stimulus, aculeus. *Plurale*, דרבנות aculei, *LXX. interpretantur* ἐκκεντρον, stimulus boum.

דרגה gradus, præcipitium. *LXX.* φάραξ, vallis. *Chaldæus*, turres.

דרור *Vide infra in* דרר

דרך calcavit, conculcavit. *Symmach.* ἐπάτησαν, extendere, intendere arcum. *Psalm.* 7. 13. *Item*, incedere, procedere. *S.* ὁδεῦσαι, iter facere. *Job* 29. 25.

Hiphil, deducere.

דרכוהם *Symm.* πλανοκαλοῦντες, calcantes in torculari. *Jerem.* 25 30.

דרך ὁδὸς, via, *passim Omnes. Item*, mos, ratio, consuetudo. *S.* διάβημα, gressus. *Thren.* 3. 40.

לא דרך *S.* ἀοδία, invia. *Job* 12. 24.

מדרך calcatio, vestigium.

דרכון drachma. *Et plural.* דרכמונים drachmæ.

דרום meridies, notus, auster, plaga meridionalis.

דרע *Chald.* brachium. אדרע *Idem ex Hebraico* זרוע

דרור libertas.

דרור *Aquila*, στρουθὸς, passer. *LXX.* τρυγὼν, turtur. *Psalm.* 83. 4. *Alii*, hirundo. דרדר carduus, tribulus.

דרש ζητεῖν, inquirere, percontari; *Omnes. Aquila, Symmachus*, ἐκζητεῖν, exquirere. *A. Deuter.* 11. 12. *in Appendice, & alibi. Incert. Jud.* 6. 29. אל־ידרשדו μὴ ἀντιποιήσαιτο αὐτῆς, ne sibi vindicet eam. *Symmachus, Job* 3. 4. דרשו *Symm.* πύθησθε, percontamini, interrogate. 4. *Reg.* 1. 2.

Niphal, requiri, consuli.

מדרש commentarius, historia.

דשא βλαστῆσαι, germinare, herbascere.

In Hiphil, A. LXX. βλαστῆσαι, germinare. *Gen.* 1. 11.

דשא *A.* βλάστημα, germen. *LXX.* χόρτον, herba. *Gen.* 1. 11. *& Th. Gen.* 1. 11. *& Jer.* 14. 5. *A. S.* ϣⲁ, herba. *Psalm.* 22. 2. *Alii*, herba tenera, herbula.

דשן impinguari, laginari.

In Piel, a cineribus purgare, cineres removere. *Item*, incinerare, in cineres red gere.

In Pual, תדשן *Aq. S. Th.* πιανθήσεται, impinguabitur. *Prov.* 11. 25. *& alibi.*

Ex Hophal & Hithpael compositum est תדשנה pinguefiet. *Hesai.* 34. 6.

דשן *A. S. Th.* ϣⲓⲛⲉ, pinguis. *Psalm.* 91. 15. *Aq. S.* λιπαρὸς, pinguis. *Psalm* 22. 30.

דשן πιότης, pinguedo. *Aliquando Theodotio*, σωρὸς, cinis. *S.* λίπος, pinguedo. *Jud.* 9. 9.

דת lex, edictum, jus. *Plural.* דתים leges, jura.

דתאא *Chald.* herba *ex Hebræo* דשא *mutato* ש *in* ת

דתבריא legisperiti. *Chald.*

ה

הא En, ecce. הא כדי ecce, sicut, perinde ac.

הזה *Vide in* אזה

הבהב *Vide in* יהב

הבל ἀτμὶς & ἀτμὸς, vapor, *Omnes. Exempla frequentia vide in Lexico Græco. Item*, vanitas. *Aq. S.* ματαιότης, vanitas. *Job* 7. 16. *& alibi. Aquila*, μάτην, frustra. *Job* 5. 29. *& alibi. Plural.* הבלים vanitates.

הבל evanescere, vanum fieri. תהבלו μὴ ματαιωθῆτε, ne vani evadatis. *Aquila, Theodotio*, μὴ γένησθε ἀτμὶς, ne fiatis vapor aut inanitas. *S. Psalm.* 61. 11.

Hiphil, vanum efficere.

הבל *S.* ἄπνοια, angustia. *Eccles.* 8. 14.

הבנים ebena, ligna. *Ezech.* 27. 15.

הבר observare, contemplari, astra considerare. הברים *S. Th.* augures. *LXX.* astrologi. *Hesai.* 47. 13.

הגה *A. S. Quinta & Sexta Editio*, φθέγξασθαι. *Psalm.* 2. 1. *A. Hesai.* 59. 11. *sed aliquando S. Th.* μελετᾶν, meditari. *Hesai.* 59. 11. *& Th. Hesai.* 27. 8. *ubi alii reddunt*, auferre. *Symm.* ἐξαμελεῖν, meditari. *Psalm.* 76. 13. *Item, Incert.* μουσίζειν, meditari, submissa voce canere, cantillare, muginari. *Psalm.* 48. 5.

הגו ἀπέλασον, amove, abige. *Aq. Th. Prov.* 25. 4. *derivari potest a* נהג duxit; נהג enim vertitur ἐλαύνειν, ἀπελαύνειν. *Alibi* הגה *est* gemere, mussitare, *de columbis loquendo. Et* rugire, *de leonibus. Item*, auferre, removere.

Pual, amotus fuit.

Hiphil, mussitare.

בהגיני *S.* ἐν τῷ διαπολεῖν με. *Psalm.* 38. 4. cum animo versarem.

הגה *A.* φθόγγος, vox, sermo. *LXX.* μελετὴ, meditatio. *S. Th. Job* 37. 2. *Aq.* ἀντίκλησις, collatio. *Ezech.* 2. 7. *S.* κατάλογμα, querimonia. *Ezech.* 2. 7.

הגיג *LXX.* ᾠδὴ, canticum. *Alii*, meditatio.

הגיון *A. LXX.* ᾠδὴ, canticum. *S.* μέλος, *Psalm.* 91. 1. *Th.* φθόγγος, loquela. *Psalm.* 9. 7. *vel* μελῳδημα, modulatio.

הגות meditatio. *Incert. vertit* μουσίζειν. *Ps.* 48. 4.

הגן rectum, decens, conveniens.

הגינה recta. *Ezech.* 42. 11.

הדד הידד *A.* ἰαμὸς, iasmus, cantici genus. *S.* κατάλογμα, cantionis genus. *Jerem.* 25. 30. *Alii* celeusma, *vox evantium, aliquando* הד

iamos formatur ex ἴα ἴα, quæ secundum Syrum vox erat jubilationis calcantium in torculari. Vide notam ad Jer. 25. 30.

הדה *LXX.* ἐπιβάλλειν, immittere. *Hesai.* 11. 8. *Alii*, injecit, immisit.

הדך contrivit. *LXX.* putrefecit. *Job* 40. 7.

הדם הדום scabellum. *LXX.* ὑποπόδιον, suppedaneum, scabellum. *Psalm.* 109. 1.

הדם *Chald.* membrum, frustum. *Plur.* הדמין membra, frusta *Dan.* 2. 5.

הדס *Symmachus, LXX.* μυρσίνη, myrtus. *Hesai.* 55. 13. *item*, μυρσινὼν, ὄρος, myrretum. *Incert. Jud.* 1. 35.

הדסים *Aquila*, μυρσινῶνες, myrteta. *Zach.* 1. 8.

הדף deturbavit, depulit, expulit, impulit.

הדר *Symmac.* ἐτίμησε, honoravit, decoravit. *Exod.* 23. 3. תהדר δόξασις, gloria afficies, celebrabis. *Inc. Levit.* 19. 15.

Niphal,

, *Niphal*, honore affici.

Hithpael, honorem sibi arrogare.

הדר ἀξίωμα, dignitas. *Aq. Psalm.* 8. 6. & *Ps.* 110. 3. *S. Hes.* 33. 2. *Item. S.* εὐδοξία, gloria. *Psalm.* 103. 1. *S.* ἀξιοπρεπὴς, dignitas, decorum, *vel* quod dignum & decorum est. *Psalm.* 89. 6. *Theodotio*, ὡραιότης, decor. *Psalm.* 109. 14. *Item*, honor. & *Aq. Symm.* εὐπρέπεια, decor, decorum, *sepe. Vide Lexicon Graecum. Th.* μεγαλοπρέπεια, magnificentia. *Psalm.* 103. 1.

הדרה honor, decus, decor, majestas.

הדורא *Chald.* decor. *Dan.* 5. 18. *Et in regimine emissa* א, הדרי decor meus. *Dan.* 4. 33.

הדורים ὄρη, montes. *LXX. Hesai.* 45. 2. & *Michaea* 2. 9. *ubi legisse videntur* הרורים *Alii*, הדודים tortuosa, inæqualia.

הה ah! *Exclamatio dolentis. Ezech.* 30. 2.

הוֹ οὐαί, væ, ho. *Amos* 5. 16.

הוא ille, ipse. הם ipsi & המה *Chald.* המון, & *per apocopen* המו ipsi.

הוד *A.* ὑπερμέγεθος, excelsa magnitudo. *Psalm.* 8. 2. *Alii*, decus, decor, gloria, majestas. *S.* αἶνος, laus. *Job* 37. 22. ἴσαρος, laus. *S. Ps.* 8. 2. φόβος, timor. *S. Th. Job* 39. 20. *Item S.* δόξα, gloria. *Prov.* 2. 9. *A.* ἰδιοδοξία, gloria. *Psalm.* 103. 1. *Th.* ὡραιότης, decor. *Job* 40. 5. אהוד *A.* ἐξομολογήσομαι, confitebor. *Vide in* ידה

הוה ἐγένετο, factum est, fuit. *Chald.* הות & הוא

הוה aerumna, pravitas.

הוות *Aq.* ἐπιβουλὴ, insidiosum. *Psalm.* 5. 10. *LXX.* ματαία καρδία, vanum cor. *Psalm.* 5. 10. *S.* ἐπήρεια, nocumentum. *Psalm.* 54. 11. & *alibi. A.* ἐπιβουλὴ, insidiæ. *Psalm.* 56. 2. & *alibi. S.* ἐπηρεαστὴς, obtrectator. *Ps.* 56. 2. והוה *Symmach.* δόλιον, dolor. *Prov.* 19. 13.

Hinc verbum in Piel. תהותתו *A.* ἐπιβουλεύετε, insidiamini. *Psalm.* 61. 4. *ubi S.* ματαιοπονήσετε, vane laborabitis. *Alii reducunt ad radicem* דתת

יהוה αἰώνιος, αἰὼν, *Omnes. Samaritanus legit* יאכל. *Vertitur &* ἀγαθότης. *Aq. Ps.* 61. 12. & *S. Ps.* 29. 8.

הוי οὐαί, væ, *Omnes. Alii*, heu, hei, cheu, ah, væ, ô, heus.

הוך *Chald.* proficisci, ire, pervenire.

הום חמם *Aquila*, φαγεδαίνῃσιν αὐτὸς, morbo edacitatis affliget eos. *Symm.* ταράξει αὐτοὺς, turbabit eos. *Alii*, affliget, perdet eos. *Deut.* 7. 23. *Alii hoc exemplum reducunt ad radicem* חום frangere, confringere, tumultum facere, turbare. *Alii ad* חמם turbare, profligare, quassare, conterere. *At certum est hoc loco postremum* ם *esse pronomen servile; & significare* eos, *ut omnes Veteres interpretantur.*

In Niphal, turbari, tumultuari.

In Hiphil, ואוהמה *Symmach.* ἐγὼ συνεχύθην, & confusus sum. *Psalm.* 54. 4. *LXX.* turbatos sum. *Alii*, & perstrepam.

מהומה *Aquila*, φαγέδαινα, edacitatis morbus. *Sym.* ταραχὴ, turbatio. *Vide in Lexico Graco. Plur.* מהומות vexationes. כהומה *Alii*, vexatio, pernicies, turbatio, strepitus, tumultuatio. *Sym.* ἀκαταστασία, instabilitas. *Deut.* 28. 20.

הון *Aquila*, *Sym. Th.* ὑπαρξις, substantia. *Exempla vide in Lex. Graco. S.* πλοῦτος, divitiæ. *Prov.* 1. 13. *S.* βίος, vita. *Prov.* 8. 18. *Plural. constructum* הוני opes.

הוות *semel occurrit* חזיום *A. Theodotio*, φαντάζόμενοι, imaginantes. *Symmac.* ὀφθαλμασταὶ, visionarii. *LXX.* ἐνυπνιαζόμενοι, somniantes. *Hesai.* 56. 10. *Alii*, stertentes.

הוי heu, væ. *Ezech.* 2. 10. *Hebræi volunt idem esse quod* בהו. *Vide in* נוח

הוא αὐτὸς, αὐτὴ, illa, ista, ea. *Sæpe scribitur &* הוּא *Plural.* הן αὐταὶ, ipsæ. לזן ipsis, אליהן ad ipsas, ההנה istas. 1. *Reg.* 17. 23.

חיבל *Chaldaicum. Vide infra in* יבל

היה *Omnes*, ἐγένετο, fuit, factum est.

In Niphal, נהיה fieri, effici. *Item* deficere, auferri, confici.

אהיה Ehie, *nomen Dei proprium*, *A.* ἔσομαι, ero. *Exod.* 3. 14.

היך quomodo. idem quod איך *commutato* א *in* ה 1. *Paral.* 13. 12.

היכל *Vide in* הכל

הימן *Vide in* אמן

הין הוין paratus fuit, paratum se obtulit, ultro & prompte voluit. *Deducunt ab* הן ecce.

הין ἐν, in, *vel* hin, *mensuræ genus. Est mensura liquidorum.*

היכל *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotio*, ναὸς, templum. *Vide Lexicon Græcum in voce* ναὸς. *Alii etiam*, palatium, regia.

הכר obfirmavit se. *Job* 39. 3. *LXX.* incubuit.

הכרה obfirmatio, obduratio. *LXX.* turpitudo. *Alii vertunt* agnitio, *quasi derivatum a* נכר

הלא הלאה ἐπέκεινα, ultra.

Hinc verbum תהלאה ἀπωσμένην, expulsam. *Micha* 4. 7. *Alii*, procul dissitam *vel* dissectam.

הלך πορεύεσθαι, ire, abire. *Aq.* περιπατεῖν, ambulare. 99. 6. הלך ἀνεχώρησεν, recessit. *S. Cant.* 5. 17. יהלך *A.* ἔκλινε, discessit, abiit. *Job* 4. 15.

Niphal, נחלך dejici.

Piel, deducere, ad tundum pellere. *A.* περιπατεῖν, ambulare. *S.* ὁδοῦσαι, iter facere. *Psalm.* 85. 11.

In Hithpael, obambulare. והתהלך *S.* ἀναστραφήσῃ, revertetur. 1. *Reg.* 21. 35. *A.* ἐμπεριπατήσει, inambulabit. 1. *Reg.* 2. 35. *Incert. Psalm.* 14. 9. ויתהלך *S.* ἐπορεύθησαν, secutus est. *Gen.* 6. 9. ויתהלך *A.* περιεπάτει, ambulabat. *Gen.* 6. 9.

הלך itio.

הלך *Aquila*, παροδίτης, viator. *Symmachus*, ξένος, hospes. 2. *Reg.* 12. 4. *ubi Theodotio*, ὁδοιπόρος, viator.

הלך *Chald.* vectigal, tributum. *Esdra* 4. 13.

הליך ambulatio, incessus. *Plural.* הליכי *Job* 29. 6.

הלוכה πορεία, gressus. *Symm. Psalm.* 67. 24. *Item*, ὁδοιπορία, iter. *Incert. Job* 6. 19. *Plural.* הליכות, incessus.

מהלך iter, profectio, *vel* ambulacrum. מהלכים, viæ, ambulandi loca.

תהלכות progressiones.

הלל insanire.

In Niphal, laudari. *Alii*, stultum esse.

In Piel, *Aquila*, *Symmach.* ὑμνῶν. *Sym.* ὑμνολογῶν, hymnis celebrare, laudare, *sæpe. Symm.* ὑμνοποιῶν, hymnos facere. *Exempla vide in Lexico Græco ad illas voces. Item*, αἰνῶν, *S. Ps* 10. *secund. Hebræos vers.* 3. laudare. *A.* καυχᾶσθαι, gloriari. *Psalm.* 43. 9.

והולל *S. Th.* ἐξέστη, mente excedere faciens. *Job* 12. 17.

In Piel, *item eadem forma*, πλανῶν, errare facere. *A. Eccl.* 7. 7. *Item eadem forma*, *S.* φανερὸν, seditionem movere; & *S.* θορυβῶν, turbare. *Eccles.* 7. 8. *Incert.* ἐκταραχύνειν, seditionem excitare. *Psalm.* 101. 9. *ubi LXX.* ἐκθριαμβεῦσαι, inique agere.

In Pual, laudatum & celebratum esse. ורוללו *Symm.* ἐπαινέσονται, laudati sunt. *Psalm.* 77. 63.

In Hiphil, splendere, lucere.

In Hithpael, laudare se, jactare se, laudibus se extollere, gloriari. *Item*, insanire. ויתהולל *Aquila*, ἐν παροδίτῃ, & præteribat. *LXX.* συμπεριεπάτει, simulabat. 1. *Reg.* 21. 13. יתהללו ἀλαζονευόμενοι, arroganter agentes. *Incer. Psalm.* 48. 8. התהללו *A.* καυχᾶσθε. *Ps.* 104. 3. & *alibi. Item A.* ὑμνῶν, celebrare. *Prov.* 31. 30.

הילל *A.* ululans. *Alii*, lucifer. *Hesai.* 14. 12.

הלולי laus, laudatio. *Plural.* הלולים αὐλοὶ, tibiæ, fistulæ. *S. Psalm.* 86. 7. *Th. Jud* 9. 27.

דוללה *Aq. S.* πλάνη, error. *Eccleſ.* 1. 17. *& alibi. LXX.* παραφορά, inſania. *Eccleſ.* 2. 12. הוללות *Samar.* συμπλοκαί, commiſſuræ. *Exod.* 26. 5. חוללות αὐλαία, procacitas, ignorantia. *S. Eccleſ.* 9. 3.

כהלל laus. *S.* θόρυβος, tumultus. *Eccl.* 2. 2. *A.* πλάνη, error. *Ibid.*

תהלה *S.* αἶνος, laus. *Pſalm.* 70. 8.

תהלה *S.* ματαιότης, vanitas. *LXX.* σκολιὰ, pravum. *Job* 4. 18. *ubi Alii*, laudem, *Aq.* φέγγος, ſplendor, *Alii* gloriationem *vertunt.*

תהוללות *Theodotio*, ἐκστάσεις, furores. *Eccleſ.* 1. 17. *& alibi.*

תהלה *A. S.* ὕμνος, laus. *A. S. Th.* ὕμνος, hymnus. *Pſ.* 21. 4. *& ſic frequenter* ὕμνος. *S.* αἶνος, laus. *Pſ.* 70. 8. ἔπαινος, laus. *Th. Pſalm.* 9. 15. *Plural.* תהלות laudes, *& forma maſculina* תהלים laudes.

הלם contudit, obtudit, enervavit. הלמו ἀνεκλάσθησαν, refectæ ſunt. *Th. Jud.* 5. 22. הלומי *Aquila*, κατελαυνόμενοι, malleo ducti. *Heſai.* 28. 2.

הולם tuſio.

הלום huc, hîc.

הלמות malleus, tudes. *Jud.* 5. 26.

הלום adamas, lapis pretioſus. *Exod.* 28. 18. *quia contundit & confringit omnes alios lapides.*

מהלמות *S.* σφυροκοπίαι, mallei percuſſiones, contuſiones. *Prov.* 19. 29. *Ubi LXX.* τιμωρίαι, ſupplicia. *Theodotio autem* συγκλάσεις, confractiones.

הם ipſi. *Plur. pronomen.* המו *Plur. Chaldaïcum*, ipſi. *Vide in* הוא

המה ἠχεῖν, ſonitum edere. *S. Pſalm.* 45. 4. המו *Aq.* συνήχησαν, congregatæ ſunt. *Pſ.* 45. 7. *A.* ἐταράχθησαν, turbati. *Vide Lexicon Græcum.*

ἐχλάζων, tumultuati. *Aq. Pſ.* 58. 7. *ubi S.* συνάγειν, ſonitum edere. *Pſalm.* 58. 7. *& alibi. S.* θορυβεῖν, tumultuari. *Pſ.* 42. 5. *& alibi.* והמי ἀνάμενον, exſpecta. *A. S. Pſalm* 41. 6.

המה *Aquila*, χαλάζωσα, vacans, otiola. *Proverb.* 7. 11. *Alii*, audax. *Alii*, ſtrepitus.

המון *Aquila, Theodotio*, ὄχλος, turba. *Heſai.* 33. 3. *& alibi. al* πλῆθος, multitudo. *Incert.* ἦχος, ſonitus, tumultus. 2. *Reg.* 18. 29. *& alibi. Plur.* המונים, multitudines.

המים ſtreperi, thraſones, *ut quidam explicant. Ezech.* 7. 11.

המית ſtrepitus. *Sic aliqui Prov.* 19. 18. *ſed Aquila* διατεθραυσμένος *vertit, a* מות

מהומה *Symmac.* ταραχὴ, turbatio. *Deut.* 7. 23. *Ab hac radice deducere videtur S. ut ex interpretatione arguitur. Alii omnes ab* הום *derivant, ubi vide ſis.*

המולה *Vide in* מול

הכה proſtigavit, contrivit, quaſſavit. *LXX.* conturbavit. והמכם ἐκστήσει, excedet, excedere faciet. *Th. Deut.* 7. 23. *Alii hoc exemplum locant in radice* חום

דמן ומנכם יען *Aquila*, eo quod numerati eſtis. *S.* multitudo veſtra fuit. *Alii*, multiplicati eſtis. *Ezech.* 5. 7.

Alii ומנן *reducunt ad hanc radicem.*

דמם המיתם מים *Sym.* ἔπαυσε θάλασσαν, tabuit mare: *& ſic etiam LXX. & Vulgata quaſi ex* מסס *Heſaiæ* 64. 2. *Alii* חכסים *vertunt*, cremia, vel ſtipulæ. *Alii*, res liquidas.

רמר מהכותם *LXX.* θλασμούς, miſeriæ. *Alii*, ſcrobes, foveæ. *Pſalm.* 139. 11.

הן en, ecce. *Aq.* ἰδοὺ ἐγὼ, ecce utique. *Job* 13. 15. *S.* ἰδοὺ, vide. *Job* 4. 18. הנה *A.* ἰδοὺ, ecce. *Exod.* 3. 4. *& alibi tam Aquila, quam alii.*

להן הן *Vide in* הנה

הנה huc, ἐνταῦθα. *Theodotio*, *Jud.* 4. 20. *& alibi.* הנה והנה huc & illuc.

עד הנה *Aquila*, ἕως νῦν, uſque ad hoc tempus. 1. *Eſd.* 2. 16.

הכה *Piel, S.* σιγᾶν, ſilere. *Jud.* 3. 20. חס *S.* σιωπᾶν, ſile, tace. *A.* ἡσυχάζειν, quieſce. *Amos* 6. 10.

In Hiphil, ſilere fecit.

הפך *A.* ἔστρεψε, vertit, vertit ſe, mutavit ſe. *Sym.* μετεχλιφθη, cute mutatus eſt. *Levit.* 13. 13. הנהפכת ἐξεστράφησαν, evertiſtis. *Th. Jerem.* 23. 36. *Item*, mutari, converti, vertere ſe, commutare ſe, in alium ſe formam vertere.

In Niphal, S. μεταστρέφεσθαι, verti, converti. *Pſalm.* 31. 4.

In Hophal, והחפך converſa eſt. *Job* 30. 15.

In Hithpael, .

והתהפך ἀναστρέφει, vertitur, revolvitur. *Job* 37. 12. מתהפך *Incert.* κυλιόμενος, convolvens ſe. *Jud.* 7. 13.

הפך diverſum, contrarium. *Ezech.* 16. 34.

הפכה ſubverſio. *Gen.* 19. 29. הפכות *Symm. Th.* στρεβλά, tortuoſa. *Prov.* 8. 13.

הפכפך volubilis, verſatilis. *Prov.* 21. 8.

מהפכת ſubverſio.

כרפנא *S.* στρεπτήριον, vel βασανιστήριον, tormenti locus, *vel* cruciandi inſtrumentum. *LXX.* καταῤῥάκτης, cataractes, *quo ſignificatur etiam cruciandi inſtrumentum, ubi carnes lacerabantur & rumpebantur; id enim indicare videtur nominis etymon. Alii*, carcer. *Alii minus recte, ni fallor*, cippus. *Jerem.* 20. 2.

תהפכה perverſitas. *Deut.* 32. 20.

התפכות στρεβλά, tortuoſa. *S. Prov.* 23. 33. *Alii interpretantur* perverſitates.

הצן *ſemel reperitur Ezech.* 23. 24. *quidam vertunt*, currus falcatus. *LXX. interpretantur* ἅρματα, currus *in plurali.*

הרג διαφθείρειν, occidere, interficere, perimere. *A. S. Th. Gen.* 4. 15. *Sym. Pſalm.* 10. *ſecundum Hebr.* 8. *Item*, ἀναιρεῖν, occidere. *Th. Job* 5. 2.

In Niphal, interfici, occidi.

In Pual, idem.

הרג *S.* σφαγὴ, cædes, occiſio. *Heſai.* 30. 25.

הרגה *Idem.*

הרה *Aquila, Symmachus*, συλλαμβάνειν, concipere. *Heſai.* 7. 14. והרית ἐν γαστρὶ ἕξεις, in utero habebis. *Th. Jud.* 13. 3. הרת ἐμβρυον ἔχουσα, fœta, fœtum habens. *Incert. Exod.* 21. 22.

In Pual, concipi.

הורה genitor. *Symmachus, Pſalm.* 29. 8. *ubi legitur hodie* העמדתה להררי עז, ſtare feciſti monti meo virtutem, *legit haud dubie* להורי *pro* להררי, *quaſi ex* הורה *nam vertit* τῷ προγεννήσαντί μου, progenitori, *vel* avo meo. *Siquidem, ut in Præluminaribus monemus, non infrequens eſt* ר *in* ו *commutatio ob earum litterarum ſimilitudinem. Plural. conſtructum*, הורי.

הורה genitrix. *Plural.* הרות gravidæ, prægnantes, uterum geſtantes.

הרה gravida, prægnans. *S.* ἐνδεκάς, vicina partui. 1. *Reg.* 4. 19.

הריה *Idem. Plural.* הריות gravidæ, prægnantes.

הרון conceptus. *Aquila*, σύλληψις, conceptio. *S. Th.* κύησις, partus. *Gen.* 3. 16. *in Appendice.*

הריון *Aquila Symmachus, Theodotio, Quinta Edit.* σύλληψις, conceptio, conceptus. *Oſee* 9. 11.

הרהר *Chald.* cogitavit. *Unde nomen plurale* והרהרין, cogitationes. *Dan.* 4. 2.

הרמנה & ארמן *Idem quod. Ibi vide.*

הרס *A. Th.* καθαιρεῖν, evellere, demoliri, deſtruere, *Jerem.* 1. 10. *Alii*, diruere, deſtruere, demoliri. הרסה κατόρυγμα, ſuffoditio. *Incert.* 2. *Reg.* 11. 25.

In Niphal, deſtrui. יהרסון *A.* καταῤῥηγήσονται, diruentur, deſtruentur. *S.* κατελύθησαν, deſtructi, diſſoluti ſunt. *Pſalm.* 10. 3.

In Piel, deſtruere.

הרס *A. Th.* Ἄρης, Ares, *quaſi nomen proprium civitatis. S.* ἴλιν, ſolis civitas. *Alii*, deſtructio. *Heſai.* 19. 18.

הרמות destructio. *Reperitur etiam in plurali. Amos* 9. 11.

הר ὄρος, mons, *Omnes. Hinc plurale* הרים montes; *& in regimine* הררי. *Alii volunt* י *esse affixum.*

הר ὄρος, mons. *Item*, montana loca. *Plural.* הרים montes.

הרי montanus *secundum quosdam. Alii volunt* י *esse affixum.*

התל *Piel, A. S.* παραλογίζεσθαι, fallere. *Exod.* 8. 29. *al. vers.* 25. eludere, illudere, *& alibi. Item*, ludificare.

In Pual, delusum esse.

התלים ludificationes, illusiones. *Job* 17. 2.

מתתלות ludificationes, illusiones. *Hesai.* 30. 10.

התת *Piel, LXX.* ἐπιτίθεσθαι, invadere. *Alii*, prava moliri, insidiari, machinari. תחתתו *A.* ἐνεδρεύειν, insidiamini. *S.* ματαιοπονεῖτε, vane laborabitis. *Alii* prava, vel strumas machinabimini. *Psalm.* 61. 4.

ו Uncinus, uncus *in Exodo. Ab unci enim forma littera* ו *& nomen habebat, & figuram antiquitus, ut videtur, unco vicinierem. Alii pugnant Vau Samaritanum propius accedere ad unci formam: ideoque Samaritanum esse priscum Hebræorum characterem.*

Plurale ווים unci.

זאב λύκος, lupus. *sic LXX. semper. Aquila vero* πάρδαλις, pardalis, *vel* leopardus. *Habac.* 1. 8. *Plurale* זאבים lupi.

זאת *pronomen femininum. Vide infra in* זה.

זבב זמב μυῖα, musca. *Plurale constructum* זבובי μυῖαι, muscæ. *S. LXX. Vulg. Eccles.* 10. 1.

זבד dotare. *Gen.* 30. 20.

זבד donum, dos, donatio. *Ibid.*

זבח *Aquila*, θύειν, mactare *vel* mactare victimam. *Psalm.* 16. 6. θυσιάζειν, immolare, sacrificare. *A. S. Osee* 8. 13. *& alibi sæpe.*

In Piel, idem.

זבח θυσία, *Aquila, Symmachus*, sacrificium, victima. 1. *Reg.* 20. 29. *Item*, mactatio, *vel* animalia mactationi deputata. *Plural.* זבחים, mactationes, victimæ, sacrificia, *vel* animalia sacrificio destinata.

זבחה *Idem. Plural.* זבחות sacrificia, mactationes; hostiæ.

מזבח θυσιαστήριον, altare, *Omnes passim. S.* ἀνάκτορον, templi adytus. *Psalm.* 25. 6. *Aquila, Theodotio*, θυμιατήριον, *Jerem.* 52. 17. *videtur ibi significare*, altare suffimenti. *Plural.* מזבחות altaria.

זבל habitavit, cohabitavit. *Genes.* 30. 20. יזבלני *Aq.* συνοικήσει μοι, habitabit mecum *in Append.* Inde ortum nomen Zabulonis.

זבול זבל *A.* καταγώγιον, habitaculum. *Symmachus*, εἰκὸς ἔντιμον, habitatio honorabilis. *Psalm.* 48. 15. *Ubi vocem* ἔντιμον, ἀνθρωπικὸν *adjicit Symmachus, ad seriem Psalmi respiciens: quia ibi agitur de viris potentibus, qui postquam hujus vitæ dies feliciter opulenterque transegerunt, derepente ad inferos ab habitatione sua honorabili dejiciuntur.*

זבלת *Idem. LXX.* τάξις, ordo. *Habac.* 3. 11.

זבן *Chald.* ἐξαγοράζειν, redimere. זבנין *Theod.* ἐξαγοράζεσθε, redimitis. *Dan.* 2. 8. *Alii*, emere, redimere.

זג cortex, *seu* folliculus. *LXX.* ὑμένιον, acinum. *Num.* 6. 4. *Item*, cutis exterior uvarum.

זה hic, iste, hoc, istud.

בזה hic, hoc loco. מזה ἐντεῦθεν, hinc. *Incert.* 1. *Reg.* 14. 4. *Aliquando* זה *solum significat*, hæc, ista: *Item*, מזה secundum hoc. *Aliquando* זה *per* jam *exponitur.*

זה *fœmininum*, hæc, ista; hoc, istud.

זו *per omne genus*, hic, iste; hæc, ista; hoc, istud.

זאת hæc, hoc; ista, istud.

זהב χρυσίον, aurum, *Omnes. Metonymice*, aureus nummus. *Metaphorice*, serenitas, serenum, lux aurea. *Item metaphorice*, limpidus, aureus liquor. Talmudici, inquit Buxorf. septem genera auri numerant

» In *Joma* fol. 44. 2: Primum זהב generale est. 2. זהב
» טוב aurum bonum, *Genes.* 2. 12. quod distinctum ab
» auro vulgati 3. זהב אופיר, aurum Ophir, de quo in
» אפר 4. זהב כותז Vide in זוג. 5. זהב שרוק 2. Paral. 9.
» 15. Vide שחט 6. זהב סגור 1. Reg. 6. 29. Vide כנר 7.
» זהב מרים aurum Parvaim. 2. Paral. 3. 5. sic dictum,
» quod simile sit לדם הפרים sanguini juvencorum.
» Hæc illi. Sed sunt plura, veluti בצר, הרוץ, כתם, quæ
» vide suis locis.

זהם *In Piel*, fastidivit, repulit. *Job* 33. 20. *Item*, detestatus est. *In Targum est*, polluere, inquinare.

זהר *In Niphal*, admoneri, *& alia significatione*, splendere, fulgere. יזהרו *LXX. Th.* λάμψουσι, splendebunt. *Dan.* 12. 3. *A.* φυλάξασθαι, custodire. *S.* præcavere. *Eccles.* 4. 13.

Hiphil, הזהרת *Aquila*, διαστελῇ; mandabis. *Exod.* 18. 20. *S.* φυλάξεις, custodies, servabis. *Ezech.* 3. 17. *Alii*, splendere, fulgere, *vel alia significatione*, monere, admonere, præmonere, commonefacere.

זוהר *Aq. S.* φέγγος, splendens, αὐγή, aura, *Theod. Ezech.* 8. 2. *Alii*, splendor.

זהירין *Chald.* moniti, cauti.

זוב ῥεῖν, fluere, *Omnes. Specialiter dicitur de fluxu sanguinis menstruata, necnon de fluxu seminis viri.*

זב ῥέων, fluens. *Exempla multa sine nominibus Interpretum vide in Lexico Græco.* vel γονορρυὴς, seminifluus.

זוב profluvium, fluxus.

זור ὑπερφανεύεσθαι, superbire, *Omnes. Item*, superbe & arroganter agere.

In Hiphil idem. יזידון ὑπερφανεύσωνται, superbe agent. *A. Deut.* 17. 13. *in Append.*

זר superbus, arrogans, ὑπερήφανος. *A. S. Exempla vide in Lexico Græco. Plural.* זדים superbi.

מים זדונים *Aquila vertit* ὡς τὰ ὕδατα ὑπερήφανοι, quasi aquæ superbi. *Symmachus & Theod.* τὰ ὕδατα ὑπερήφανα, aquæ illæ superbæ. *LXX.* τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόφορον, aquam intolerabilem. *Hieron.* aquæ superbiæ. *Alii*, aquæ tumidæ vel inflatæ. *Psalm.* 123. 4.

זויות זוית *A.* ἀνωγέια, angularia. *Hieron.* anguli. *Ps.* 143. 12. *Alii*, cellæ, promptuaria. *LXX. id habent quasi adjectivum vocis* συγατρὸς, *vertunt* τὰς, καὶ ἀπεστιλμένας, ornatæ, decoratæ.

מזוח זוז *LXX.* ἀνεῳγυῖαν, apertus. *Ezech.* 41. 21. *ac si esset participium verbi* זוח

מזוזה *LXX. Theod.* φλιὰ, limen. *Aq. LXX. etiam* σταθμὸς, postis. *Deuteron.* 11. 20. *in Append. Plural.* מזוזות postes. *Deuteron.* 6. 9. *ubi LXX. vertunt* φλιὰς, limina.

זו *Aquila*, πανδαπὴ. *Vulgata*, omnimoda gloria, *ubi Aquila interpretatio a Vulgata exprimi videtur. Symmachus*, *Theodotio*, πλῆθος, multitudo. *LXX.* εἴσοδος, ingreſſus. *Heſai.* 66. 11. *Alii*, ſplendor.

זול vile eſſe. *LXX.* ἐξουθενεῖν, humiliare. *Jerem.* 2. 36. *Alii*, vilipendere ſe. וליט *LXX.* συμβαλλόμενοι, conferentes. *Alii*, vilipendentes, *vel*, quaſi vile ſpargentes. זלות ζηλωτὴ. *Aquila*, ὑπερτιμήσει, vilipenſi. *Symm.* ὑπερλῆς, viles. *Pſalm.* 11. 9. *LXX. pro prima perſona perfecti habuerunt, ex duplicanti* זלל *vertunt enim* ἐπολυπράγμασας, multiplicaſti. *Hieronymus*, viliſſimi *cum A. & S. Alii*, vilitates, vilia quæque.

In Hiphil, vilipendere. *LXX.* ἐξουθενεῖν, humiliare.

זולל vilis. *Omnes.*

זלה vilitas.

זון *Chald.* alere, paſcere, ſuſtentare.

זן alimentum. *Sic quidam Pſalm.* 143. 13. *ubi LXX. vertunt*, τοῦτο, hoc.

מזון alimentum, eſca. *Dan.* 4. 9.

מזומם bene paſti. *Jerem.* 5. 8. *Kirkerus putat ad hanc vocem pertinere* Σαλυμανῶς, *emiſſarii apud LXX. ſed Hieron. ad ſequentem vocem refert* מסמים, *Pſ.* 61. 10. *Alii vertunt*, armati.

זונה *Vide in* זנה

זוע movere, commovere ſe. *LXX.* σαλευθῆναι, commoveri.

זועה *Aquila*, βρασμὸς, ebullitio, æſtus. *S.* σεισμὸς, concuſſio. *LXX.* ὠδὶς πονηρὰ, mala ſpes. *Theodotio*, ἄτομα, morus. *Heſai.* 28. 19. *Sic illi quatuor Interpretes eodem loco. Verum LXX. in hac voce multum variant: nam modo vertunt* Ταραχὴ, turbatio, *modo*, ἀκοὴ, commotio; *alibi*, διασπορὰ, diſperſio; *alibi*, ἀνάγκη, neceſſitas.

Piel, מועזים *LXX.* ἐνεδραι, inſidiatores. *Alii*, commoventes ſe. *Habac.* 2. 7. *Ex duplicata ſyllaba.*

זור alienari, abalienare ſe. *Item*, premere, comprimere, comprimi, abalienare ſe.

Niphal, מזר ἀπεστάλη, compreſſit. *Inc. Jud.* 6. 48.

Piel, זורר ſternutare.

Hophal, alienum fieri.

זורה *Aq. Th.* τὸ θαλῆσον, quod fotum eſt. *Sym.* τὸ ἐπιεσταμμένον, quod convolutum eſt. *Heſai.* 59. 5. *ubi LXX.* συντελῆσαι, cum contriviſſet. *Alii*, compreſſum.

זר *Aq.* ἀλλότριος, alienus. *Pſalm.* 80. 10. *& alibi. Symm.* ξένος, peregrinus, extraneus, *Ibid. Plural.* זרים extranei, peregrini. *Fœminin.* זרות extraneæ, peregrinæ.

זרא *Symmachus*, ἀτοφία, eruditas. *LXX.* χολερὰ, cholera. *Vulgata*, nauſea. *Num.* 11. 20. *Alii*, faſtidium, nauſea, ejectamentum.

מזור *Aq.* ἐπίδεσις, *Oſee* 5. 13. vel συνάθροισις, colligatio vulneris. *Alii*, vulnus. *Oſee* 5. 13. *ubi LXX. vertunt*, ὠδὶν, dolor.

זחח *Niphal* נוח, ἀποσπᾶν, evellere, abſtrahere. *Inc. Exod.* 18. 28. *Alius ibidem*, ולא־יזוח ἵνα μὴ ἀποκλίνητε, & ne declinetis. *ubi LXX.* ἵνα μὴ χαλᾶται, ne laxetur, ne effluat. *Alii item*, defluere, laxari.

זחל timuit, verius eſt. *LXX.* σύρειν, trahere. *Item Alii*, repere, ſerpere. *Hinc Chaldæi* dicunt רחל, repere, reptare, ſerpere. *Alibi LXX.* φοβεῖσθαι, timere.

זחלי ſerpentes, reptilia. *LXX.* σύροντες, trahentes. *Michæa* 7. 17.

זיו *Chald.* ſplendor. *Th.* μορφὴ, forma. *Alius*, λέξις, ſermo, dictio. *Dan.* 7. 28. *Plurale conſtructum* זיוי, ſplendores.

זיו Ziu, *vel* Zif *menſis* Aprilis *nomen.* 3. *Reg.* 6. 1. *LXX. vertunt*, in menſe ſecundo. *Putatur eſſe Tyriorum & Phœniciorum nomen, ſicut* Bul *&* Ethanim, *quæ in eodem libro occurrunt.*

זין *Symmach.* ζῶον, animal. *LXX.* μόνοις, ſingulariſ ferus. *Pſalm.* 79. 14. *Aquila*, πανδαπὴ, univerſitas. *Pſalm.* 49. 11. *Aquila*, πανδαπὰ, univerſitas, omnigena copia. *Symmachus*, *Theodotio*, πλῆθος, multitudo. *Heſai.* 66. 11.

זין *Chald.* armatura, inſtrumenta armorum. *Dicitur & de* זנה

זיף ἀλιχμῶν, ſqualliditatum, ſiccitatum: *aliis eſt nomen proprium.* 1. *Reg.* 26. 2.

זיק ſcintilla, flamma. *Item LXX.* πέδη, compes, χειροπέδη, manica. *Alii*, malicolus, faſciculus, *atque etiam* laqueus piceus. *Plur.* זיקים ſcintillæ, *ubi LXX. vertunt* λόγοι, verba. *Prov.* 26. 18. *In forma fœminina* זיקות ſcintillæ.

זית ἐλαία, oliva, olivetum. *Pſalm.* 51. 10. *Item*, ἔλαιον, oleum. *Plural.* זיתים, oleæ. *Deut.* 28. 40.

זכה לא זכו *A.* οὐ διαυγισθήσονται, non dilucidæ erunt. *Symmach.* ἀμίαντος ἔσται, mundus & ſine ſordibus erit. *Alii hoc exemplum referunt ad radicem ſequentem* זכך *Job* 25. 4. *&* 5. תזכה *A.* ἐπικριθῇς, judicio vincas *Pſ.* 50. 6. *ubi LXX.* ὅταν κρίνῃ σε, cum judicaris. *Alii* זכה purus, mundus fuit, purum habuit, ſeu pronunciavit.

In Piel, purificare. *A. S.* καθαρίζειν, purum reddere. *Pſalm.* 72. 13. *Sym.* λαμπρύνειν, ſplendentem reddere. *Prov.* 20. 9. *LXX.* ἁγνίζειν, purgare, defendere, juſtum declarare. *Alibi LXX.* κατορθοῦν, dirigere, corrigere, emendare.

In Hitkpael, purificare ſe. *LXX.* καθαρὸς γενέσθαι, purum effici.

זכו *Chald.* puritas. *Dan.* 6. 22.

זכך purum & mundum eſſe. זכו. *Sym.* ἁπλοῦς, *ſupple* ἐστὶ, ſine macula eſt (cœlum) *LXX.* καθαρὸς, purum eſt. זכו *A.* διαυγάζεται. *Job* 25. 5. *Vide ſupra in* זכה

זכו *Symmachus*, ἀκραιφνὲς, immaculati. *Thren.* 4. 7.

In Niphal, emundatus eſt.

In Hiphil, emundavit, purificavit.

זך *A.* διαυγὴς, pellucidus. *Prov.* 16. 2. *Item*, mundus, purus. וכה διαφανὲς, pellucidus. *Incert. Levit.* 24. 7.

וכוכית *S.* κρύσταλλος διαφανὴς, cryſtallus pellucida. *Job* 28. 17. *Alii*, vitrum. *Alii*, gemma nitidiſſima. *LXX.* ὕαλος, vitrum.

זכר *Sym.* ἀναμιμνήσκειν, recordari. *Pſ.* 77. 4. *& alibi.* וכר *Aq.* μνησθῆναι, recordare. *Job* 40. 27. *Sic Omnes. Sym.* ἀναπολεῖν, in mente verſare. *Pſalm.* 41. 5.

In Niphal, memorari, commemorari, in memoria eſſe. לא יזכר *S. LXX.* οὐ μνησθήσεται, non commemorabuntur. *Job* 28. 18. *Aliquando etiam*, maſculum naſci.

In Hiphil, memorare, in memoriam revocare, memoriam celebrare. *Aq. S.* ἀναμιμνήσκειν, commemorare. 2. *Reg.* 8. 16. מזכיר ὁ ἀναμιμνήσκων, commemorator, a commentariis, *ubi LXX. habent*, ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων ſuper commentaria.

וכר μνῆμα, memoria, & μνημόσυνον, memoriale. *Omnes. Sym.* ἀνάμνησις, commemoratio. *Exod.* 3. 15. *Aliquando etiam*, odor.

ווכר *S.* μνήμη, memoria. *Thren.* 3. 19.

זכר ἄρσην, mas, maſculus, *Omnes. A. S. Th. Gen.* 1. 27. *Plural.* זכרים maſculi, mares.

זוכר *item*, mas, maſculinum.

זכרון memoria, monimentum. *Aq. Symm.* μνημόσυνον, memoriale, monumentum. *Exempla vide in Lexico Græco. Plurale conſtructum* וכרוני memorialia, memoriæ. *In forma fœminina* זכרנות memorialia, memoriæ.

אזכרה ſuffimentum, odoramentum. *Levit.* 24. 7. *Alius vetus Interp. & LXX. forte melius*, ἀνάμνησιν, rememoratio.

זלג מולג *LXX.* κρεάγρα, fuſcinula *extrahendis ex olla carnibus*

carnibus. Alii item, fuſcina, fuſcinula. *Plur.* מזלגות fuſcinæ, fuſcinulæ.

זולל זולי *Aquila, Symmachus, Theodotio*, συμβολοδόκος, qui ad convivia ſymbolam dat. *Alii*, epulo, comeſſator. *Prov.* 23. 21. *& alibi. Plural.* זוללים comeſſatores.

זלזלים זלזל rami, culmi. *Alii*, flagella in vitibus. *LXX.* βοτρύδια μικρά, racemuli parvi. *Heſai.* 18. 5.

זלעפה *LXX.* καταιγὶς, procella. *Alii*, preſter, procella. *Plural.* זלעפות, procellæ.

זלת זולה præter, niſi, excepto quod. *Aq.* παρεκτὸς, præter. *Deut.* 1. 36. *in Appendice.*

זמם *Symmachus*, βουλεύεσθαι, conſilium inire. *Pſal.* 139. 9. ἐνθεῖν, cogitare. *Aquila, Deut.* 19. 19. *in Appendice & alibi. Theodotio, Prov.* 30. 31. יזמו *Symm.* λογίσονται, cogitabunt. *Gen.* 11. 6. *in Append.*

זמם cogitatio, ſcelus, ſcelerata cogitatio.

זמה *S. Th.* ζίμμα. *Vide in Lexico Græco ad vocem* ζίμμα. *A. Th.* ἔννοια, cogitatio. *Prov.* 24. 9. *& Sym. ſæpe. Eſt autem ut plurimum* cogitatio in malum. *Aq.* μύσος, abominatio. *Levit.* 18. 17. *Item*, ſcelus. *LXX. vertunt ſæpe*, ἀσέβεια *&* ἀσέβημα, impietas, ἀδικίαν, iniquitas, ἀνόμημα, ſcelus.

מזמה *S.* ἔννοια, cogitatio. *Job* 21. 27. *& alibi. Sym.* αἴσθησις, ſenſus. *Prov.* 12. 4. *Th.* συλλογισμὸς, ratiocinatio. *Item Aq.* ἄνοιαν, infania. *Pſalm.* 138. 20. *S.* διαλογισμὸς, cogitatio. *Pſalm.* 138. 20. *Incert.* ἐνθύμημα, cogitatio. *Job* 42. 2. *Hieron.* ſcelus. *Pſalm.* 20. 13. βεβουλὰ, conſultatio, *Theod. Prov.* 8. 12. κακόβουλα, pravum conſilium. *Quinta Editio, Pſ.* 138. 20. *Plural.* מזמות, ſcelera, cogitationes ſceleratæ.

זמן *Chald.* parare, præparate.

Pual participium מזמנים parata, deſignata, conſtituta (tempora.) *Nehem.* 10. 34. *&* מזמנות *fœmin. eodem ſenſu.*

In Hithpael, præparare ſe.

זמן *Symmachus*, ὥρα, hora, tempus. *Theod.* καιρὸς, tempus, opportunitas. *LXX.* χρόνος, tempus. *Plurale conſtructum* זמני tempora. *Chald.* זמנין

זמר putare, præcidere.

In Niphal, putari, præcidi.

In Piel, pſallere. *S.* ἀείδειν, canere, ᾄσω, canam. מזמרת *S. Pſalm.* 9. 4. *& alibi. A. S.* μελῳδεῖν, modulari. *Vide Lex. Græc. Item Symm.* ψάλλειν, pſallere. *Pſalm.* 32. 1. *LXX.* ψάλλειν *&* ὑμνεῖν *vertunt.*

זמר cantus, pſalmodia, melodia.

זמיר *Aq. Sym.* κλάδωσις, putatio. *Cant.* 2. 12. *Th.* κληματὶς, palmes. *Heſai.* 25. 5.

זמרה palmes. *Sed Symm.* ᾆσμα, canticum. *Ezech.* 8. 17.

זמירה canticum. *Plural.* זמירות cantica, pſalmi.

זמר camelopardalis. *Deut.* 14. 5. *Alii*, rupicapra.

זמר *Chald.* cantor. *Eſdr.* 7. 24. *Plural.* זמרין cantores.

זמרא *Chald.* muſica. *Dan.* 3. 5.

זמרה *Aq.* μελῳδία, melodia. *Job* 35. 10. *& alibi. S.* ᾠδὴ, canticum. זמרת αἴνεσις, laudes. *Incert. Job* 35. 10.

מזמור *A.* μελῴδημα, canticum. *Pſalm.* 4. 1. *& alibi ſæpe. Symmac.* ᾠδὴ *&* ᾆσμα, canticum. *Theodotio*, ψαλμὸς, pſalmus, *paſſim. LXX. fere ſemper* ψαλμὸς, Pſalmus. *Aliquando*, ᾠδὴ, canticum.

מזמרות falces putatoriæ. *LXX.* δρέπανα, falces. *Heſai.* 18. 5.

זן *Chald.* ſpecies, *pro Hebræo* מין ſpecies. *Plurale conſtructum* זני ſpecies.

זנב cauda, οὐρὰ. *Incert. Exod.* 4. 4. *in Appendice. LXX. ſemper*, κέρκος *&* οὐρὰ, cauda. *Plural.* זנבות caudæ.

זנב *Piel*, decaudare, poſtremum agmen cædere. *LXX.* κόπτειν τὸν ὀπίσω, poſtremum agmen cædere, *& καταλαμβάνειν τὸν ὀπίσω*, poſtremum agmen conſequi & aggredi.

זנה πορνεύειν, fornicari, ſcortari, *Omnes. Sic Aquila, Symmachus, Theodotio, & Quinta Editio Oſee* 4. 15. *Sapiſſime dicitur Metaphorice, ut fornicari à Deo: id eſt, Deum deſerere, & alienorum deorum cultum amplecti: fornicari ad deos alienos; ad Baalim &c. hoc eſt, ſacrificare iiſdem.*

In Pual, זונה ſcortatio peracta fuit.

In Hiphil, etiam ſcortari, *& aliquando* ſcortari facere, ad ſcortationem inducere.

זונה φόρνη, ſcortum, meretrix, *Omnes. Plural.* זנות meretrices, ſcorta. *Item*, הזנות arma. 3. *Reg.* 22. 38. *vulgo deducunt a* זין

זנות ſcortatio. *Plural.* זנוח ſcortationes.

זנונים ſcortationes.

הזנות ſcortatio. *Plurale conſtructum* הזנותי

זנח *Symmach.* ἀπελλεῖν, abjicere. *Pſalm.* 43. 24. *& paſſive* ἀπελήλυθε, abjectus eſt. *Symmach. Oſee* 8. 5. *Aquila*, ἀπωθεῖσθαι, amovere, repellere. *Pſalm.* 73. 1. *& S. Pſalm.* 43. 9. *Alii*, deſerere, rejicere, repellere.

In Hiphil, abjicere, depellere, longe rejicere.

זנק *Piel*, exiliit, ſubſiliit. *Deut.* 33. 22.

זעה *Vide in* יזע

זעזה *Vide in* זוע

זעו מזעו extinguuntur. *Job* 17. 1. *Pro* נדעכו *ex mutatione* ד *in* ז *Chaldaico more.*

זעם *Aquila*, ἀπειλεῖν, comminari. *Pſ.* 7. 12. *Alius*, ἐμβριμᾶσθαι, infremere, *Ibid. Alii*, indignari, deteſtari, ſpernere.

In Niphal, נזעמים indignabundi. *Prov.* 25. 23. *ubi LXX.* ἀναιδεῖς, impudens, *interpretantur.*

זעם *A.* ἀπειλὴ, comminatio. *Ezech.* 21. 31. *& ſic ſolent LXX. interpretari. A. S.* ἐμβρίμησις, fremitus. *Pſalm.* 37. 4. *Theod.* ἐμβρίμημα, fremitus. *Ezech.* 21. 31. *Alii*, indignatio, ira.

זעף *Sym.* ὀργᾶσθαι, iraſci, indignari. *Prov.* 19. 3.

זעפים *Aquila*, ἐμβριθούμενοι, æſtuantes. *Gen.* 40. 6. *S.* σκυθρωποὶ, triſtes.

זעף indignatio. *LXX.* ὀργὴ, ira, θυμὸς, furor, ἀπειλὴ, minæ, σάλος, commotio.

זעף indignabundus, iratus.

זעק βοᾶν, clamare, exclamare. *Incert. Jud.* 10. 14. *Item*, κράζειν, clamare. *Theodotio, Jud.* 10. 10. *& ſic LXX. paſſim.*

Niphal, conclamari, convocari.

In Hiphil, clamare facere, convocare, accerſere.

זעק βοὴ, clamor. *S. Heſai.* 30. 15. *& alibi.*

זעקה *Item*, clamor. *Aq. Symm. Theod.* κραυγὴ, clamor. *Heſai.* 15. 8. *Et ſic etiam LXX. frequentiſſime.*

זער μικρὸν, parum, pauxillum, pauliſper. *Sic paſſim LXX.*

כוזער *Th.* βραχὺ, breve. *Heſai.* 29. 17. *Item*, parum, pauxillum. *A.* ἐλαχίστως, minimus. *Heſai.* 24. 6.

זעירה parvum. *Dan.* 7. 8.

זפת πίσσα, pix. *Exod.* 2. 3. *Sic ſemper LXX.*

זקן γηράσκειν, ſeneſcere. זקנו γήρασα, ſenui. *Sym. Pſalm.* 36. 25.

In Hiphil item, ſeneſcere. *Job* 14. 8.

זקן πρεσβύτης, *aut* πρεσβύτερος, ſenex, ſenior. *Aq. Exempla vide in Lexico Græco. Item S.* γέρων, ſenex. *Job* 12. 20. *Sic etiam vertunt LXX.* πρεσβύτης, πρεσβύτερος, γέρων *Plural.* זקנים ſenes. *Plural. fœmininum.* זקנות anus.

זקן *S. & alii*, πώγων, barba. *Exempla vide in Lexico Græco.*

זקן *Item*, ſenium, ſenectus. *Geneſ.* 48. 10.

זקנה γῆρας, ſenectus, *vel* ſenatus. *Item S.* γῆρας, ſenectus. *Pſ.* 70. 8. *LXX. etiam* γῆρας, *&* γερουσία *vertunt.*

זקנים γερόντα, ſenectus.

זקף ἀνορθοῖ, erigit. *LXX. & Alius, Pſalm.* 145. 8.

זקק χωνεύσαι, conflari. *Aliqui Interpretes Job* 28. 1. *LXX.* διυθῶσαι, percolari *Alii*, fundere, liquare.

Piel, fundere, liquare, defæcare. *LXX.* χέαν, fundere.

Pual, liquari, fundi. מזוקק *Aquila, Symmachus,* διυλισμένον, defæcatum. *Pſalm.* 11. 7. & *Heſai.* 25. 6.

זרב diffluere, diffundi. *LXX.* τῆκειν, tabeſcere. *Job* 6. 17.

זרה λικμᾶν, ventilare, diſpergere, *Omnes paſſim. LXX. etiam*, σπείρειν, ſeminare, διασπείρειν, diſpergere, σκορπίζειν & διασκορπίζειν, diſpergere.

In Niphal, diſpergi, diſſeminari, ventilari.

In Piel, σκορπίζειν, diſpergere. *Et alia ſignificatione*, cingere, *unde* זר *infra.*

In Pual, ventilatum eſſe.

In Hiphil ſecundum quoſdam, accingere. *Alii referunt ad* זור

זר κυμάτιον, cymatium. *LXX. & Incert. Samaritanus vero*, ςέφανος, corona. *Incert.* χείλωμα, labrum. *Symm.* ςεφάνη, corona. *Exod.* 25. 11. *in Append.* ἅλυσις, catena. *Incert. Prov.* 6. 1.

זרא *Vide in* זור

זרים ventilatores. *Heſai.* 51. 2.

מזרה *LXX.* διασπορά, diſperſio. *Jerem.* 15. 7. *Alii*, ventilabrum.

מזרות *Hanc vocem ex radice* זרה σκορπίζειν, diſſipare, *derivatam putavit Symmachus, qui vertit*, τὰ σκορπισθέντα, diſſipata. *LXX. Græce expreſſerunt*, μαζουρώθ, Mazuroth. *Alii*, ſigna cœleſtia. *Vulgata*, luciferum. *Job* 38. 32. *Vide in* נזר

זרזיף *LXX.* ςαγών, ſtilla. *Alii*, irrigatio. *Pſ.* 71. 6.

זרזיר *Aquila, Theodotio*, ἀλεκτρυών, gallus. *Proverb.* 30. 31. *LXX.* ἀλέκτωρ, gallus. *Prov.* 30. 31. *Alii*, accinctus, *videlicet* equus. *Alii*, vertagus, lelaps, *id eſt, canis venaticus.*

זרח ἀνατέλλειν, oriri, *Omnes. Heſai.* 60. 1. *A.* ἀναφαίνειν, apparere. *Symm.* ἐπιφαίνειν, illucere. *Deuter.* 33. 2.

זרח *A. S. Th.* ἀνατολή, oriens. *Heſai.* 60. 3.

מזרח ἀνατολή, oriens, *Omnes. Heſai.* 46. 11. & *alibi. S.* ἑταιρεία, ſocietas. *Amos* 6. 7.

אזרח *LXX.* αὐτόχθων, Indigena. *LXX. & Alius,* ἐγχώριος, indigena. *Num.* 15. 13.

ארז *LXX.* κέδρος, cedrus. *Alii*, arbor indigena, *Pſalm.* 36. 35.

זרם inundavit, exundavit.

זרם *LXX.* σκορπίζων, diſpergens. *Alii*, inundatio, *Habac.* 3. 10.

זרמה *Hebr. Int.* διάχυσις, excitatio, arrectio equorum, *obſcœnum. LXX.* αἰδοῖον, pudendum. *Alii*, fluxus. *Ezech.* 23. 20. *Et ſicut fluxus equorum, fluxus eorum.*

זרם ψεκάς, gutta roris. *LXX. Th. Job* 24. 8. *Aq.* ἐπιπάγημα, *melius* ἐπίπαγμα, excuſſio. *Symm.* λαῖλαψ, procella. *Heſai.* 32. 2.

זרע *Symmachus; Theod.* σπείρων, ſeminare, ſerere. *Jud.* 6. 3. & *Heſaiæ* 28. 24. *A. Th.* σπερμαίνειν, ſeminare, *vel* vim ſeminis habere. *Gen.* 1. 29.

In Niphal, ſeminari.

In Pual, ſeminatum eſſe.

In Hiphil, *A. S.* σπερματίζειν, ſeminare.

מזריע σπερματίζων, ſeminans. *Aq. Symm. Vide in Lexico Græco.*

זרע σπέρμα, ſemen, ſementis, *Omnes. Plurale conſtructum* זרעי *ſemina.*

זרוע ſativum. *Plurale conſtructum* זרעי ſativa, ſata.

זרעים legumina. *Dan.* 1. 12.

זרעונים *Theod.* σπέρματα, ſemina. *Alius*, ὄσπρια, legumina. *Dan.* 1. 16.

מזרע ſemen, ſementis.

זרוע βραχίων, brachium. *Aq. S. Th. Heſai.* 40. 10. *alibi. Item S.* σύμμαχοι, commilitones, *Metaphorice. Pſalm.* 82. 9. *Item forma fœminina*, זרעה brachia.

אזרוע brachium. *Job* 31. 22.

זרק ſparſit; aſperſit; inſperſit, effudit; προσέχυσεν, effudit. *Incert. Exod.* 24. 6. וזורקו ἀκοντιοῦσι, jaculabuntur. *Incert. Levit.* 1. 5. *in Appendice, quaſi dicas*, cum violentia jaculi more effundent ſanguinem bovis. *Quod ita intelligendum videtur, ut ex ipſo vulnere ſanguis in altare exiliret.*

מזרק phiala, crater. *Item*, infuſorium. *Plur.* מזרקים crateres, & *forma fœminina*, מזרקת crateres, infuſoria.

זרת *LXX.* σπιθαμή, ſpithama. *Menſura digitorum extenſorum, continens dimidium cubiti majoris, ſive ſacri, qui conſtabat ſex palmis; unde ſpithama fuit trium palmorum, ſive duodecim digitorum; ut notat Kimchi in libro Radicum. Verum alii longe minorem faciunt, putant enim eſſe palmum, id eſt, menſuram quatuor digitorum in tranſverſum expanſorum, quâ faciunt dimidium cubiti minoris.*

ח

חבא *Hiphil*, והחביא κρύπτειν, abſcondere, occultare. *Incert. Joſ.* 6. 17. & *LXX. paſſim.*

In Niphal, abſcondi, latere, abſcondere ſe; latitare.

In Pual, חבאו ἀφανῶς ἐκείνων. *Symmachus, Theod.* de medio ſuſtulerunt, abdiderunt. *Job* 24. 4. *ubi LXX.* ἐκρύβησαν, abſconditi ſunt.

Hophal, abſcondi.

In Hithpael, abſcondere ſe.

מחבא *Aquila, LXX.* κρύπτων, abſcondens. *Symm.* ἀπόκρυφα, abſconſio. *Heſai.* 32. 2.

מחבאים latibula. 1. *Reg.* 23. 23.

חבב diligere. *LXX. vero* φείδεσθαι, parcere. *Deuter.* 33. 3.

חבה latitare, abſcondere ſe. *Sic etiam LXX.*

חבין abſconſio. *Sic Aquila & Symmachus. LXX.* ἐγκάτοικος κραταιά, dilectio robuſta. *Habac.* 3. 4. *quaſi ex* חבב

חבט *Aquila, Symmachus, Theodotio*, ῥαβδίζειν, virga excutere, decutere. *Heſai.* 27. 12. & *alibi.*

Niphal, excuti, יחבט ῥαβδισθήσεται, virga excutietur. *Heſai.* 28. 27.

חבל ἐνεχυράζειν, in pignus accipere. *Aq. Symm. Th. Exempla vide in Lexico Græco infra. Ex uſu Chaldaïco*, corrupit, perdidit, deſtruxit.

In Niphal, corrumpi, perdi.

In Piel, corrumpere, perdere. *Item*, parturire, eniti, מחבלים *S.* διαφθείροντες, corrumpentes. *Cant.* 2. 15. חבלה, *quæ vox in Bibliis hodiernis eſt in forma Piel, ab Aquila paſſive accipitur*, διαφθάρη, *corrupta eſt, ſeu violata eſt. Alii*, peperit, *LXX.* ὠδίνησεν, parturivit. *Cant.* 8. 5. *Uſu Chaldaïco* perdidit, deſtruxit.

In Pual, perdi, corrumpi.

In Hithpael Chaldaïce, item, deſtrui, perdi, corrumpi.

חבל *Chald.* perditio, corruptio. חבלא *Idem.*

חבל *Symmachus*, σταθμητόν, menſura. *Soph.* 1. 6.

Item, χοῖνιξ, funiculus, *Omnes. Item*, *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotio*, χοινικμα, funiculus. *Vide in Lexico Græco. Aliquando*, turba, caterva. *Plural.* חבלים funes, funiculi. *Aliquando*, turbæ, catervæ.

חבל *Symmachus*, ὠδὶν, dolor partus. *Heſai.* 66. 7. & de aliis item doloribus. *Plural.* חבליהם ὠδῖνων. *Aquila*, *Symmachus*, *Job* 39. 3. parturierunt. *Ubi nomen plurale cum affixo per præteritum verbi expreſſerunt.*

חבל pignus. *Dicitur & forma fœminina* חבלה pignus.

חבל malus, arbor navis.

חבל nauclerus, nauta. *Plurale conſtructum* חבלי, nauclerí, nautæ.

תחבולת *Sym.* κυβέρνησις, gubernatio. *Job* 37. 12. *Aq.* οἰάκωσις, gubernatio.

בתחבולות *Aquila*, ἐν οἰακώσει. *S.* ἐν κυβερνήσει, in gubernatione. *LXX.* ἐν βουλαῖς; *Job* 37. 12. תחבלת ἐπιβουλὰς, cogitationes. *Incert. Prov. Alii*, ſolertiæ, conſilia callida, induſtria. באין תחבלות *Th.* ἐν ἀσυνεσίᾳ, in inſipientia. *Proverb.* 11. 14. *ubi LXX. vertunt*, οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, quibus non eſt gubernatio.

חבצלת *A.* κρίνωσις. *Cant.* 2. 1. & κρίνῳ. *Heſai.* 35. 1. *id eſt*, roſa tumens. *LXX.* κρίνον, lilium. *Heſai.* 35. 1. & ἄνθῳ, flos. *Cant.* 2. 1.

חבק *Sym.* ἐμπλέκει, complicatur. *Eccl.* 4. 5. *LXX.* ἐμπλεκεῖ. *Alii*, amplexatus eſt.

In Piel item, amplecti, complecti.

חבוק amplexus, complicatio. *Prov.* 6. 10.

חבר ſociatus, aſſociatus, conjunctus fuit. חברו *Aq.* συνέκλεισαν, congreſſi ſunt. *S. Th.* συνῆλθε, convenerunt. *LXX.* conſenſerunt. *Gen.* 14. 3.

Piel, conſociavit, conjunxit.

Pual, conjunctus, conſociatus eſt. היחברך *Aquila*, μὴ μείξει σε, num partem habebit tecum. *Sym.* μὴ συναφθήσεταί σοι, num conjungetur tibi. *LXX.* μὴ συμφωνήσεταί σοι, numquid adhærebit tibi, *vel*, numquid tecum aderit. *Pſ.* 93. 20.

In Hiphil, compono, conjungo.

In Hithpael, conjungo me, conſocio me.

חבר μέτοχος, particeps, conſors. *Aq. S. Th. Prov.* 28. 24. & *alibi. Plural.* חברים ſocii, conſortes, participes.

חבר ἑταῖρος, amicus. *S. Eccleſ.* 4. 10. *Aquila*, φίλος, amicus, *ibid. Alii*, ſocius, ſodalis. *Item*, ſocietas, ſodalitium. *Sym.* συναμφίστομος, conjunctus. *Pſalm.* 118. 63.

חבר ἑταιρικὸς, meretricius. *S. Prov.* 21. 9.

חברה *S.* συνάφεια, conjunctio. *Pſalm.* 21. 3.

מחבר ἑταῖρος, amicus, ſodalis. *A. S. Pſ.* 44. 8.

חובר ἑταιρὶς, incantator. *S. Pſalm.* 57. 6.

חבר *A.* ἑταιρίᾳ, incantatio. *Pſalm.* 57 6. *S.* ἑταιρίᾳ. Incantatio, *Ibid. Th.* φάρμακος, veneficus, *Ibid.* חברים ἑταιρίαι, incantationes.

חבורה plaga, tumor, tumor lividus, ulcus.

חבורת *A. Th.* μώλωπες, vibices. *Prov.* 20. 30. & *S. Heſai.* 1. 6.

חוברת junctura, commiſſura. *Exod.* 26. 4.

מחברת *Idem. Exod.* 28. 26.

חברורות *LXX.* ποικίλματα, varietates. *Alii*, lividæ maculæ. *Jerem.* 13. 23.

התחברות conſociatio. *Dan.* 11. 23. *Ubi LXX.* συναλλαγὴς, commixtio, conjunctio.

חבש ligare, alligare, ſternere, inſternere jumentum. ויחבשנו, *Omnes*, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς, & curabit nos, *vel*, & alligabit nos faſciis. *Sed ſecundum Barberini Codicis lectionem Symmachus*, *ibidem*, *nempe Oſee* 6. 1. καὶ μαλαγματίσει ἡμᾶς, & malagmata; ſeu emplaſtra lenientia apponet nobis; *ſive ſecundum aliam lectionem. S.* καὶ ἐπιδήσει ἡμᾶς, & alligabit nos; ἐπιδήσει *vertit etiam Symmachus*, *Job* 5. 18. & *Aquila & Sym. Job* 34. 16. חבשו *Incert.* ἐπιπάξατε, ſternite, *id eſt*, *aſino epiſagma imponite.*

In Piel, obligare, alligare.

In Pual, obligari, alligari. לא חבשו *Symmac.* οὐκ ἐφηγμένη, neque conſtricta plaga, ſeu alligata. *Heſ.* 1. 6.

חבה חבתים ſartagines, *vel*, cacabi.

מחבה ſartago. *LXX.* τήγανον, ſartago *ſæpe. Alii ponunt in* חבה

חגב *LXX.* ἀκρὶς, locuſta. *Alii*, cicada. *Eccleſ.* 12. 5. *Symmachus*, ὁ ἐπίπονος, laborioſa. *Sed in Latina ejus verſione, quam adſert Hieronymus, legitur*, ſpiritûs fortitudo.

חגג ἑορτάζειν, feſtum celebrare. *Aquila*, *Theodotio*, *Levit.* 23. 41. & *alibi. Symm.* πανηγυρίζειν, ſolemnitatem celebrare. *Levit.* 23. 41.

חוגג πανηγυρίζων, celebrans. *S. Pſalm.* 41. 5.

חג *Aquila*, *Theodotio*, ἑορτὴ, feſtum, celebritas, *Levit.* 23. 41. & *alibi. Symmach.* πανήγυρις, ſolemnitas. *Levit.* 23. 41. & *alibi. Plural.* חגים feſta, ſolemnitates.

לחוג חוגה *Aquila*, εἰς γύρωσιν, in gyrum, in circuitionem, in circuitum. *Heſai.* 19. 17. *Alii*, in titubationem. *Ibi* א *pro* ה *ponitur*, & *ab Aquila derivatur a* חוג ἐγύρωσε. *LXX.* εἰς φόβητρον, in terriculum.

חגוי חגוה הגויים fiſſuræ, foramina. *LXX. vertunt*, ἐναὶ & τρυμαλιαὶ, foramina, foveas, & *ſecundum aliquos propter rotunditatem a radice* חוג

חגר ζωννύειν, περιζωννύειν, cingere, accingere, accingi, *Omnes. Inc. Item*, ἐνδύειν, induere. *Inc.* 1. *Reg.* 17. 39.

חגור *Incert.* ζωνὴ, cingulum. *Prov.* 31. 24.

חגורה cingulum, zona. *Plurale.*

חגורות cinctoria, ſubligacula.

מחגרת cinctus, cinctura.

חד הרא *Chald. Vide in* אחד

חדד acui, exacui, acutum eſſe. *LXX.* ἐξαίρειν & ἀκονᾶν, acuere.

In Hophal, acutum eſſe.

חדה acutum.

חדודים *A.* ἐξωστῆρες, acumina. *S. Th.* σιδήρια, ferramenta. *Job* 41. 21. *ubi LXX.* ὀβελίσκοι, obeliſci, *quod in acumen deſinant.*

חדה lætari, gaudere. *Eſt proprie Chaldæum*, συνάπτεσθαι, conjungi. *S. Job* 3. 6.

In Piel, exhilarare, lætificare, χαροποιεῖν, lætificare. *S. Pſalm.* 20. 7. *ubi LXX.* εὐφραίνειν, exhilarare. חדוה lætitia. 1. *Paral.* 16. 27. *ubi LXX.* καύχημα, gloriatio. *Iidem LXX. alibi* χαρὰ & εὐφροσύνη, gaudium. חדי & חדיא *Chald.* pectus. *Fit ex* חדה *ex mutatione* ה *in* ד *apud Chaldæos ſolita, ut & apud Doras.*

חדל *A. S.* παύειν, ceſſare. *Job* 3. 17. & *alibi. Item S.* ἀπέχεσθαι, abſtinuit. *Pſalm.* 35. 4. *Reliqui*, χαλᾶσαι, vacare. *Prov.* 19 27. *Th.* κοπάζειν, ceſſare. *Job* 30. 17.

יחדל *A.* κοπάσει. 1. *Reg.* 9. 5.

חדלו *S.* ἀνεπάφως ἐγένοντο; non egentes evaſerunt. 1. *Reg.* 2. 5. *Coiſlinianus Codex id Aquilæ adſcribit.*

In Hiphil, החדלתי *Sym.* ἆρα παύσομαι, num ceſſabo. *LXX. Th.* μὴ ἀφήσω. *LXX. aliter*; μὴ ἀπολείψεις, num derelinquens. *Jud.* 9. 9. *Alii dicunt eſſe compoſitum ex Hiphil & Hophal.*

חדל mundus, tempus. *Sic quidam Heſai.* 38. 12. *ubi Aquila*, ἐπαύσατο, ceſſavit, *LXX. Th.* ἐξέλιπον, deſiit, *vel* defecit.

חדק ἄκανθα, ſpina. *S. LXX. Prov.* 15. 19.

חדר ταμεῖον, cubiculum. *Th. Jud.* 16. 12. *Incert.* κοιτὼν, cubiculum. *Gen.* 43. 30. *in Appendice. Inc.* νυμφὼν ὅπως, *Joel.* 2. 16. cubiculum & conclave ſponſi. *LXX. etiam* ταμεῖον & κοιτὼν *ſæpe vertunt. Aliquando* ἀποθήκη, apotheca, depoſiti locus. *Et Job* 37. 9. *unus interpretatur* meridies; *Alius*, *ſtella quæ eſt in tractu meridiano ſphæræ majoris, ſic appellata ac ſi eſſet in loco occulto. Plural.* חדרים penetralia; loca remota, conclavia *ſæpe.*

חדש *Piel*, innovare, renovare, inſtaurare, reſtaurare, καινίζειν, ἀνακαινίζειν, novare, innovare. חדש *S.* ἀνανεώσει, renovabit. *Job* 29. 20.

In Hitpael, innovare ſe.

חדש νέος, καινὸς, *Aquila, Symmachus, Theodotio, Heſ.* 41. 9. *& alibi*, novus, recens. *LXX. item* νέος, καινὸς, novus, recens: *& ſemel* ἕτερος, alius. *Plurale*, חדשים novi, recentes, *& forma fœminin.* חדשות novæ, recentes.

חדש *Aquila*, νεομηνία, neomenia, noviluniun. *Oſee* 5. 7. *Item Symm. Th.* μὴν, menſis. *Oſee* 5. 7. *LXX. item*, μὴν ſæpiſſime, *&* νεομηνία, neomenia. *Plurale*, חדשים menſes, neomeniæ.

חדשי novus, recens. 4. *Reg.* 24. 6. *Quibuſdam eſt proprium nomen.*

חדת *Chald.* novus.

חוב ὀφείλων, debens, debitor. *LXX. Ezech.* 18. 7. *Alii item*, debitor, *vel* debitum.

חיב debitorem efficere, reum efficere; damnationi obnoxium facere. *Daner.* 1. *v.* 10. *Ubi Th.* κατακαίειν, condemnare.

חג *Sym.* ἀμφιγραφὴν, circumſcripſit. *LXX.* ἐγύρωσε; circumdedit. *Job* 26. 10. *vel* ἐγύρωσε, circumpoſuit. *Ibid. Alii*, circinare, circino circulum ducere.

חג *Aquila, Theod.* γῦρος, gyrus, circulus, ambitus. *Prov.* 8. 27. ἀμφιγραφὴ, circumſcriptio. *Sym. Job* 26. 14. *ubi LXX.* γῦρος, gyrus.

חגא *Vide in* חגר

מחוגה circinus. *Heſai.* 44. 13. *ubi LXX.* κόλλα, glutinum.

חוד ænigmatice loqui, ænigma proponere. *LXX.* ἀφηγεῖσθαι, proponere, *&* διηγεῖσθαι, recenſere.

חידה *& A.* αἴνιγμα. *Pſ.* 77. 2. *Symm. LXX.* πρόβλημα, problema, propoſitio. *LXX. aliquando*, διήγημα *&* διήγησις, narratio.

פרזות *Symmachus*, ἀτειχίστως, sine muris; *Theodot.* εἰς πλάτος, in latitudinem, *Zach.* 2. 4. *Alii*, pagi; *LXX.* κατάκαρπος, fructifera *habitabitur Jerusalem*; *Vulg.* absque muro *habitabitur Jerusalem.*

פרזל *Chald.* ferrum. *Emphatice* פרזלא ferrum. *Idem qui* ברזל *Hebraïcum.*

פרח *A. S.* ἀνθεῖν, florere; *Psal.* 91. 13. *S. Psalm.* 71. 7. *A. S. & Quinta Editio*, βλαστῆσαι germinare. *Exempla vide in Lexico Græco*; *A. S. Gen.* 40. 10. *in Append. A. Psal.* 71. 7. *Prov.* 14. 28. *A. & Quinta Editio*, *Cant.* 7. 13. *S.* ἐξανθῆσαι, efflorescere, *Exod.* 9. 31. חפ ח *A.* ὑλοχαΐα, luxuriabitur tamis; *Hesai.* 35. 1. ורחה ἐξανθοῦσα, efflorescens. *Inc. Levit.* 13. 41.

Hiphil, florentem reddere: *aliquando intransitive*, florere.

פרח *S.* ἄνθος, flos, *Exod.* 25. 31. *Item*, germen. פרחי *A.* βλαστοὶ, ramuli, *Exod.* 25. 31. *& 34.*

פרחת pubertas; *& metonymice* puberes; ת *geminatur hoc loco.*

פרחים *Aq.* νεοσσοὶ, pulli avium, *Psalm.* 83. 4. *Sic dicti putantur pulli a flore plumarum.*

פרט particularitas, acini decidui; *Alii*, grana decidentia, *quæ pauperibus pro spicilegio reservantur, vel* acini qui post peractum vindemium remanent.

פרטים modulantes; *LXX.* ὑποβοῶντες, plaudentes, *Amos* 6. 5.

פרך *Aquil.* ἐντρύφημα, illusio, *Sym. Th.* ἔμπαιγμα, derisio, *Exod.* 1. 13. *Item*, ψαιγμὸς, derisio, illusio; *Incert. Levit.* 25. 43. *& alibi. Alii*, duritia, violentia, asperitas.

פרכת καταπέτασμα, velum; *Inc.* βῆμα, velum, *Exod.* 30. 6. *Alii*, κάλυμμα, operculum, *Exod.* 36. 35. *Alius*, ὑπόπτασμα, tentorium; *A.* ὑπόπτασμα, velum, *Exod.* 36. 35.

פרם scindere, dissolvere, dissuere; *LXX.* παραλύειν, dissolvere.

פרס *LXX.* διχάζειν, diffindere ungulam, dividere, *Aliquando sumit* ש *cum punctis sinistre pro* ס. פרש pars tiens, dividens.

Hiphil etiam dividere; *LXX.* διχάζειν, dividere ungulam.

פרס ossifraga, *aquilæ genus*; *LXX.* γρὺψ, gryphus; *Alii alio modo.*

פרסה *Aquila*, ὀπλὴ, ungula, *Deut.* 14. 6. *in Appendice Incert.* χηλὴ, ungula. *Plurale* פרסות ungulæ. *Plurale masc. constructum*, פרסי ungulæ.

פרע nudare, retegere; abstrahere, abjicere, deserere, abstrahere se, avertere se, retrocedere. *Item ex usu Chaldaico* ulcisci. כי פרע הוא כי ערם אהרן *A.* ὅτι ἀπεκαλύφθη αὐτὸς, ὅτι ἀπεστέγασεν αὐτὸν Ααρὼν, quia discooperta ipse, quia discooperuerat eum Aaron; *S.* ὅτι γεγύμνωται, ἐφεξέδωκε γὰρ αὐτὸν Ααρὼν, quia nudatus est, prodiderat enim eum Aaron; *LXX.* ὅτι διεσκέδασται, διεσκέδασε γὰρ αὐτὸς Ααρὼν, quia dissipatus est, dissipavit enim eos Aaron; *Th.* ὅτι διεσκεδάσθησαν, διεσκέδασε γὰρ αὐτὸς Ααρὼν, quia dissipatus est, dissipavit enim eos Aaron; *Vulg.* quod esset nudatus, spoliaverat enim eum Aaron, *Exod.* 32. 25. *ubi* ערם *primum* perush, *est in Paul Kal.* לא פרע *Inc.* οὐ διαμιτρώσει, non nudabit mitrâ; *LXX.* οὐκ ἀκεκαλύψεται, non nudabit cidari; *Vulg.* non discooperiet, *Levit.* 21. 10. צורע *Symmachus*, διαλύει, dissolvit; *LXX.* ἀφαιρεῖται, aufert; *Vulg.* ei qui deserit, *Prov.* 13. 18.

Niphal, abstrahi, avertere se. יפרע *Aquila*, ἀποκεκαθάρται, dissipabitur; *LXX.* παραπέμψει, iniquæ genti, *ac si legeretur* יפרץ *Vulgata*, dissipabitur, *Proverb.* 21. 10.

Hiphil, abstractionem facere, abducere, avertere, dissipare. תברעון *A.* ἀποστατίζετε, *id est ni fallor*, abducitis, avertitis *populum*; *non enim eodem quo supra sensu hic* ἀποστατίζειν *accipi potest*; *S.* διαστρέφετε, avertitis; *LXX.* διαστρέψατε, pervertatis; *Th.* διασκεδάζετε, dissipatis; *Vulg.* sollicitatis; *Exod.* 5. 4.

פרע coma, *Num.* 6. 5. *LXX.* κόμη, coma.

פרעות ultiones *secundum quosdam*, *Jud.* 5. 2. *ubi legitur* בגרע ס *Sym.* ἐν τῷ ἀποκαλύψασθαι κεφαλὰς, in revelando, in retegendo capita. *LXX. Th.* ἐν τῷ ἄρξασθαι ἄρχοντας, in imperando duces, *Jud.* 5. 2. *ubi LXX. secundum aliam lectionem*, ἀποκαλύψει ἀποκαλύμματα, revelata est revelatio; *Alii*, in ulciscendo ultiones.

פרעש *Incert.* ψύλλος, pulex, 1. *Reg.* 26. 20. *LXX. item* ψύλλος, pulex.

פרץ rumpere, erumpere, dirumpere, irrumpere, perrumpere, rupturam facere, effringere. *Item* urgere, instare, פרצה *A.* διέκοψας, dilicuisti. *Syrus & Hebraus & LXX.* femina, dilecta est; *Alius*, διαπλώσας, expandisti, *Gen.* 38. 29. פן יפרץ פן *μήποτε* διακόψῃ, ne forte dirumpat; *S. μήποτε* διαφθαρῇ, ne forte corrumpat; *LXX μήποτε* ἀναλλαχῇ, ne forte avellatur; *Vulgata*, ne percutiat, *Exod.* 19. 22. תפרץ *S.* διέκοψας ἡμᾶς, discidisti nos; *LXX.* κατέβαλες ἡμᾶς, destruxisti nos; *Hieronymus*, scidisti nos, *Psal.* 59. 3.

Niphal, נפרץ *LXX.* διαφαλλουσα, distinguens visio; *Vulgat.* manifesta; *Alii*, emissa *in publicum*, i. aperta, 1. *Reg.* 3. 1.

Pual, diruptum esse.

Hithpael, abrumpere se. במתרצים ἀποδιδράσκοντες, aufugientes. *Th.* 1. *Reg.* 25. 10. *ubi LXX.* ἀναχωροῦντες, discedentes; *Alii*, abrumpentes se, deficientes.

פרץ *A. S.* διακοπὴ, dissectio, ruptura. *Frequentia exempla vide in Lexico Græco. Sym.* διαίρεσις, divisio. *Gen.* 38. 29. *Aq.* χολὴ, otium, *Hesai.* 33. 12. *Item* ἄνλωμα, expansio, *Incert. Genesis* 38. 29. *Plurale* פרצים *Aquila*, διακοπαὶ, diruptiones, 2. *Reg.* 5. 20. *Plurale fœmininum* פרצות irruptiones, *vel* rupturæ.

פרץ *Symmachus*, παραβάτης, transgressor, *Psalm.* 16. 4. *& alibi. Aquila Secunda Editio*, ἁμαρτωλὸς, peccator, *Ezech.* 18. 10. *Alii*, effractor, violentus latro. *Plurale* פרצים effractores, violenti, latrones מערת פרצים spelunca latronum, *Jer* 7. 11

בפרצים διακοπαὶ, scissiones, rupturæ; *Inc. Jud.* 5.

17. *Item*, διαλύσεις, diſſoluciones, *ibid.*

פרק rumpere, dirumpere, dilacerare; *Sym.* ἐκλύειν, exſolvere, *Gen.* 27. 40. *Item*, eripere, aſſerere, *Exech.* 19. 12. *LXX.* ἐκλύειν, diſſolvere, λυτροῦν, redimere, ἀφαιρεῖν, tollere.

Piel, perfringere, perrumpere; *LXX.* διαλύειν, diſſolvere, ἀφαιρεῖν, tollere, ἐκτρίβειν, atterere.

Hithpael, abrumpere ſe, deficere, *LXX.* ἐκδικεῖσθαι, vindicari, *vel* vindicare ſe.

פרק *Aquila*, ἐξαυχένισμὸς, decervicatio. *Symmachi prima Editio*, ὠμότης, crudelitas; *Symmachi ſecunda Editio*, μελισμὸς, membrorum conciſio, *Nahum.* 3. 1. *ubi Alii*, diruptio, dilaceratio; *LXX.* ἀδικία, injuſtitia; *LXX. alibi*, ἐκβολὴ, eruptio, egreſſus.

פרק fruſtum, *ubi Maſſoreta legendum dicunt* מרק *Abdia verſu* 14.

כפרקת cervix; *Aquila*, τένων, tendon: *Sym.* σπόνδυλος, vertebra, 1. *Reg.* 1. 18. *ubi LXX.* νῶτος, tergum, dorſum.

פרר מרור cacabus. *Int.* χύτρα, olla, *Jud.* 6. 19. *Legitur* & בארור *quod quidam* pallor livens *vertunt Joel* 2. 6.

פרש *Incert.* διαχίλλειν, dividere, diſtinguere, *Levit.* 24. 12. *ubi LXX.* διακρίνειν, dijudicare, diſcernere; *Item*, exponere, explanare, declarare. פרש *S.* καταμερίζειν, diſtribuere, *Pſal.* 67. 15. יפרש *A.* ἀναπλώσει, extendet; *Symmach. Heſai.* 25. 11. *Item Sym.* ἐκπλήσσει, extendet, *ibidem.*

Niphal, ſeparari, diſpergi; *LXX.* διαχωρίζεσθαι, ſeparari.

Pual, expoſitum eſſe; *LXX.* διδάσκειν, docuit.

Hiphil, pungere, *ex uſu Chaldaico*; *LXX.* διαχέειν, effundere.

פרש ἱππεὺς, eques. פרשים *A. S.* ἱππεῖς, equites, *Heſai.* 21. 6. *Item Symmachus, Theodot.* ὀπλαί, ungulæ, *Heſai.* 28. 28. *ubi Vulgata item* ungulæ; *Alii*, dentes *interpretantur.*

פרש *A.* κόπρος, ſtercus, *Malach.* 2. 3.

פרשה expoſitio, explicatio, *Eſther.* 4. 7. *ubi LXX.* ἐπαγγελία, promiſſio; *Alibi vero*, πλοῦτος, divitiæ.

פרש *cum punctо ſiniſtro*, pandere, expandere, explicare, extendere. ויפרש *Aquila*, καὶ ἐξεπέτασεν, & expandit; *LXX.* καὶ ἐξέτεινε, & extendit, *Heſai.* 9. 3. פרשי *A.* ἐκπετάζοντες, expandentes; *LXλ.* ἐκτείνοντες, extendentes, *Exod.* 25. 20. ופרשו *A.* ἐκπετάζει, expandes; *S.* ἁπλώσεις, expandes; *LXX.* ὑπτιάσεις, ſupinas expandes *manus*; *Th.* ἐπέτασας, expandiſti, *Job* 11. 13. פרש *S.* ἐκπετάζει, expandit; *LXX.* ἐκτενῶ, extendet, *Job* 30. 30.

Niphal, diſpandi, *vel* diſpergi.

Piel, expandere, diſtribuere. בזרש *Symmach.* ἐν τῷ κατατμίζειν, cum diſtribueret; *LXX.* ἐν τῷ διαχωρίζειν, dum diſcernit; *Hieronymus*, cum divideret, *Pſalm.* 67. 15. ופרש *Symmachus*, καὶ ἐξεπέτασε, & expandet; *LXλ.* καὶ ἀπώσει, & remittet; *Vulg.* & extendet, *Heſai.* 25. 11.

בפרש *Theod.* ἀνάπτασις, extenſio, *Job* 36. 29. *ubi plurale conſtructum* מפרשי ἀναπτάσεις, extenſiones.

פרשגן *Chald.* exemplum, exemplar, *Eſdr.* 4. 11, *ubi LXX.* διάταξις, diſpoſitio, *vel* præceptum. *Alibi LXX.* διασάφησις, declaratio.

פרשדנה *LXX.* ἀφεδρὼν *dicit*, porticus; *Alii*, podex. *Paraphraſtes Chaldæus putat eſſe compoſitum ex* פרש fimus, *&* ex דנה effudit; *Alii*, excrementum.

פרשז *Piel*, expandere, *Job* 26. 9. *LXX.* ἐκπετάζειν, expandere.

פרת Εὐφράτης, Euphrates.

פרתמים *Hebr. Int.* εὐγενεῖς, nobiles; *Aquila prima Editio & LXλ.* ἐκλεκτοὶ, electi, ſelecti; *Aquila ſecunda Editio*, τύραννοι, tyranni; *S.* Πάρθοι, Parthi; *Th.* φορθομμὶμ, Phorthommim, *Dan.* 1. 3. *Alii*, præfecti, proceres, dominatores.

פשה *cum punctо ſiniſtro*, expandere, diffundere ſe; *Aquila*, ἐπάτυνεν, accrevit; *Levit.* 11. 7. *Vide Lex. Græc. Symmachi*, ὑπερβῇ, tranſcendit; *Samaritanus* ἐπλατύνθη, dilatata fuit; *LXX.* μετέωρον, decidit; *Th.* διαπέχυθη, diffuſa eſt, *Levit.* 13. 7. ἐπέχυθη, diffuſa eſt. *Inc. Levit.* 13. 5.

פשח *Piel*, diſcerpſit, diſcidit, *Thren.* 3. 11. *ubi LXX.* καταπαῦσαι, ceſſare fecit.

פשט exuere, detrahere, nudare, ſpoliare: irruere, irrumpere, diffundere ſe, graſſari פשט *Symmachus*, ἐκδύον, *neutrum*, exuens; *LXX.* ἐκδιδύσκων, exuens; *Vulg.* ſpolians; *Quinta Editio*, λωποδύτης, prædo, *Oſee* 7. 1. פשטו *LXX. Th.* ἐξεχύθησαν, effuſi ſunt, *vel* effuderunt ſe; *LXX. aliter*, ἐξέτειναν, tetenderunt; *Alius*, ἐξετάθησαν, extenſi ſunt, *vel* extenderunt ſe; *Vulg.* palantes, *Jud.* 9. 44.

Piel, ſpoliare.

Hiphil, detrahere, exuere, ſpoliare; *Inc.* ἐκδύειν; exuere, *Levit.* 1. 6. *ubi LXX.* ἐκδεῖραι, excoriare. ויפשטו *LXX.* καὶ ἐξέδυσαν, & exuerunt; *Alius*, καὶ ἐκδύσουσιν, & exuunt, 1. *Reg.* 31. 9.

Hithpael, exuere ſe.

פשע *Symmach.* ἀφιστᾶν, prævaricari; פושעים *Sym.* ἀθετοῦντες, prævaricantes; *LXX.* παράνομοι, iniqui. *Pſalm* 36. 38.

Niphal, נפשע *Aquila*, ἀποστάντα, prævaricans, deſpiciens, rebellans; *Proverb.* 18. 9. *ubi LXX. qui aliud legiſſe videntur* βοηθούμενος qui adjuvatur *Verſio Aquilæ poteſt etiam paſſive accipi* ἀδελφὸς ἀθετούμενος ὑπὸ πόλεως κρατοῦς, frater rejectus, *vel* deſpectus a civitate forti.

פשע *A. S.* ἀθεσία, prævaricatio. *Pſal.* 24. 8. *& ſic ſæpiſſime. Vide Lexicon Græcum. S.* ἀδικημα, iniquitas, *Prov.* 19. 11. *Item Symmac.* ἀνομία, iniquitas, *Job* 14. 17. *Aq.* ἁμαρτία, peccatum; *S.* ἀνομοθεσία, tranſgreſſio, *Pſal* 35. 2. *S.* παράπτωμα, delictum, *Pſalm.* 24. 7. *& alibi.* בלי־משע *S.* ἀναιτίως, inculpate, *Job* 34. 6. פשעים prævaricationes.

פשעי *cum punctо ſiniſtro*, incedere, ingredi, *LXX.* ἀθετεῖν, prævaricari, *Heſai.* 27. 4. *ac ſi pertineret ad præcedentem radicem.*

פשע *A. S.* βῆμα, gradus, paſſus. 1. *Reg.* 20. 30 *ubi LXX.* ἐμπέπλεκται impletum eſt, *vertunt.*

מפשעה gradatio; *Alii*, coxendix, 1. *Paralip.* 19. 4. *ubi LXX.* ἀναξυρὶς, tunica.

פתיל *cum punctо ſiniſtro*, divaricavit; *LXX.* σφενδονᾶται, petulans, *Prov.* 13. 3.

Piel item, divaricavit; *LXX.* διάγειν, diducere, divaricare.

פתר *Chald.* interpretatus eſt; *LXX.* συγκρίνειν, diſcernere, dijudicare, conjectare.

פתר & פתרא *Theod.* σύγκρισις, conjectura; *Alii*, interpretatio. *Apud Danielem frequenter.*

פשתה *A. S. LXX. Th.* λίνον, linum. *Heſai.* 42. 3. *& alibi. Incert.* ξύσματα, ſtuppa. *Levit.* 26. 26. *Plurale* פשתים lina.

פתאם *Sym.* ἐξάφνης, ſubito, repente, *Job* 22. 10. *S. Th.* ἄφνω, ſubito, repente, *Job* 9. 23. *& alibi. Aquila*, ἐξαυτῆς, ſtatim, *Job* 5. 3. *Referuntur etiam ad* פתה

פתיגיל *Aq.* cingulum exultationis; *S.* faſcia pectoralis: *utrumque in duo diviſit* פתי גיל *Theodotio*, φετιγίλ, Phetigil; *Alii*, toga; *LXX.* χιτὼν τῆς μεσοφορίου, tunica clavatæ purpuræ; *Vulg.* faſcia pectoralis; *Alii*, veſtis tenuis & ſubtilis Phrygionica, *qua ponebatur ſuper omnes veſtes*; *Thalmudici*, ſemicinctium, ventrale.

פתגם ſententia, decretum; *S.* ἀπόφασις, decretum, *Eccl.* 8. 11. *LXX.* ἀντίῤῥησις, contradictio, *ibid. Chal-*

dixit; מתומא verbum, ſermo, narratio; *LXX. alibi*, λόγῳ, ſermo, & νόμῳ, lex.

פתה ſeduci, pellici, perſuaderi. *Participium* מתה *A.* θελγόμενον, qui demulcetur, qui pellicitur; *Symmac.* νηπίων, infantem; *LXX.* πεπλανημένον, in errorem inductum; *Vulg.* parvulum, *Job* 5. 2.

Niphal, decipi, pellici.

Piel, pellicere, illicere, decipere. יפתה *Aquila*, *Theodotio*, ἀπατήσει, decipiet; *LXX.* ἀποπλανᾷ, palpat, probat; *Vulgata*, lactat, *Prov.* 16. 29.

Pual, pellici.

Hiphil, *Alii*, dilatare; *Alii*, allicere, *Gen.* 9. 27.

מפתה *Aquila*, θελγομένη, illecebris decepta; *S.* ἀπατωμένη, decepta, *Oſee* 7. 11.

מתי *Aq.* θελγόμενος, illecebris deceptus. *Prov.* 14. 15. *& alibi. S.* νήπιος, fatuus, & ἠπατημένος, deceptus. *Vide in Lexico Graco.*

מתאים *Theod.* ἠπατημένοι, decepti, *Proverb.* 1. 4. *ubi Aquila* θελγόμενοι, qui delinimtur, qui lactantur; *S.* νήπιοι, infantes; *LXX.* ἄκακοι, innocentes; *Alii* ſimplices. *Dicitur etiam ſine epentheſi* יו א, פתים, & פתיים fatui, ſimplices.

פתי *Aquila*, νηπιότης, infantia, fatuitas. *Prov.* 1. 22. *ubi LXX.* ἄκακοι, innocentes.

פתיות fatuitas, ſimplicitas, *Prov.* 9. 13. *ubi LXX.* ἐνδεὴς ψωμοῦ, qui indiget frusto panis.

פתא *Chald.* latitudo; *LXX. item* εὖρος, latitudo.

פתאום *Vide ſupra in radice* פתא

פתח ἀνοίγειν, aperire; *Aquila*, *Symmachus paſſim Item* ſolvere, explicare, pandere: ſtringere; *Symmac.* γλύφειν, ſculpere, *Zach.* 3. 9. *A.* ἐγγλύφειν, ſculpere, *Zach.* 3. 9. *Hoc exemplum pertinet ad Piel.*

Niphal, aperiri, ſolvi. ונפתח ἀνοιγομένη, aperta. *A. Zach.* 13. 1.

Piel, aperire, ſolvere, ſculpere, inſculpere; fulcare; *Symmach.* γλύφειν, ſculpere, inſculpere; *LXX.* ὀρύσσειν, fodere, effodere; *Aquila*, ἐγγλύφειν, ſculpere, inſculpere, *Zach.* 3. 9. יפתח *S.* ἀποχίνει, ſuffindet, *Heſai.* 28. 24. ויפתח ἀνέσπασεν, deſtravit *camelum*, *Incert. Gen.* 24. 32. *in Append. ubi LXX.* ἀπέζευξε, deſtravit.

פתח *S. Th.* θύρα, janua, *Gen.* 4. 7. *& alibi. Incert.* θυλὴν, oſtium; *Aq.* ἄνοιγμα, apertura, oſtium, *Num.* 4. 6. *& ſic ſolet ubique vocem* פתח *vertere. Vide Lexicon Graecum. Plurale* פתחים oſtia, aperturæ.

פתחות *A.* λόγχαι, lanceæ; *S.* ἀνάτμητοι, diſſecantes, *Pſal.* 54. 22. *ubi LXX.* βολίδες, jacula, lanceæ; *Hieronymus cum Aquila*, lanceæ.

פתוח פתח *Sym.* γλυφὴ, ſculptura, cælatura. *Plurale* פתוחים ſculpturæ, cælaturæ.

פתחון apertio, apertura.

כפתח *Aq. LXX. Th.* κλεὶς, clavis. *Heſai.* 22. 22. *Item* apertio. *Prov.* 8. 6.

פתל *Niphal* נפתל luctari, contorqueri, intorqueri, converti: נפתולי אלהים נפתולי *A.* συναναστρέφει με κύριος, καὶ συνεστράφην, convertit me Deus, & converſa ſum; *LXX.* συναντελάβετό μου ὁ θεὸς, καὶ συνεστράφην, coaſſumſit me Deus, & converſa ſum; *Vulg.* comparavit me Deus cum ſorore mea, & invalui, *Gen.* 30. 8. *ubi alii*, luctationibus Dei luctata ſum. בפתל *A. Th.* ἐξεστραμμένον, circumplicatum; *LXX.* σκολιὸν, tortuoſum, pravum; *Vulg* pravum, *Prov.* 8. 8.

Hithpael, *Futurum*, תתפתל *LXX.* διαστρέψετε pervertes; *Vulg.* perverteris, *Pſal.* 17. 27. *Alibi ſcribitur* תתפתל *contracte pro* תתפתל; 2. *Regum* 22. 27.

פתיל *Th.* κλῶσμα, vitta, *Jud.* 16. 9. *A. S.* στρεπτὸν; torques, *Geneſ.* 38. 18. *Alii*, filum, funiculus, ſudarium, panniculus. *Incert.* ἐπιτραχήλιον, ſtola, *Gen.* 38. 18. *Sed Symmachus*, ἐξιτραχήλιον, torques. *Vide in Append. eodem loco. Syrus*, ὀφέως, ſtrophium, *Gen.* 38. 18 *Alii etiam* linteum capitis; *Alii* pallium *explicant. Plurale* פתילים lintea, ſudaria, filamenta.

מתפתל contortiſſimum, *Deut.* 32. 5. *LXX.* διεστραμμένα, perverſa, *Deut.* 32. 5.

מפתלי luctationes, *Geneſ.* 30. 8. *ubi Aquila*, *quaſi affixum habuit*; *vertitque* συνανέστρεψέν με, convertit me; *ſimiliterque LXX. & Vulgatus Interpres*, *pro affixo habuiſſe videntur. Alii* luctationes *vertunt. Vide ſupra in Niphal.*

מפתלים *Sym.* σκολιὰ, tortuoſa, *Job* 5. 13. *ubi LXX.* πολυπλόκων; aſtutorum; *Vulg.* pravorum.

פתן *Hebr. Interpr. S. Th.* ἀσπὶς, aſpis, *ſerpentis genus. Vide in Lex. Graco. Item*, ἀσπαλιεὺς. *Inc. Deut.* 32. 33. *LXX. item* ἀσπὶς, aſpis, *item ſemel*, δράκων, draco, *& ſemel* βασιλίσκῳ, baſiliſcus. *Plurale* פתנים aſpides.

מפתן *Incert.* οἶδος, limen. *LXX. Theodotio*, αἴθριον, ſubdialis locus, *apud Ezechielem.*

פתע repente, momento, ad momentum; *LXX.* פתע *ſolum & ſine præpoſitione*, διαπαντὸς, inciſio. *Prov.* 6. 15. *&* στίγμὴ, punctum, *Heſai.* 29. 5. *Cum præpoſitione autem* בפתע ἐξάπινα, ἐξάπινος; & ἐξαίφνης, repente.

פתר interpretari; *Aquila*, λυθῆναι, ſolvere; *S.* διακρῖναι, dijudicare, *Geneſ.* 40. 8. *in Append. LXX. vere* συμβαλεῖν, conjectare.

פתרון interpretatio; *Aquila*, λύσεως, ſolutio; *Symmachus*, διάκρισις, dijudicatio, interpretatio ſomniorum, *Geneſ.* 40. 8. *in Appendice*, *LXX. vere* σύμβασις, conjectatio, conjectura; *Alii*, interpretatio. *Plurale* פתרונים interpretationes, ſolutiones.

פתשן exemplum, exemplar; *LXX.* ἀντίγραφον, deſcriptum.

פתת frangere.

Hiphil item frangere; *LXX.* διαθρύπτειν; comminuere, *Levit.* 2. 5.

פת *A. S. Th.* ψωμὸς, fruſtulum, buccella. *Levit.* 2. 6. *Theod* κλάσμα, fruſtum *Jud.* 19. 5. *& alibi. LXX. item*, κλάσμα, fruſtum, & ψωμὸς, buccella. פתים *S.* κλῆροι, ſortes. *Pſalm.* 67. 14. *Alii*, fruſta.

פתתים fruſta. *Ezechiel.* 13. 19. *LXX.* κλάσματα; fruſta.

צ

צאלים צאל umbroſa, *Job* 4. 16. *ubi LXX.* πανδενδρία *Sed* δένδρα, omnigenæ arbores, *& verſu ſequenti*, δένδρα μεγάλα, magnæ arbores.

צאן *Aquila*, *Symmachus*, πρόβατον, ovile. *Pſalm.* 79. 2. *& alibi. Symmachus*, ποιμνίων, pecora. *Gen* 30. 38. *in Append. LXX. Inc.* θρέμμα, ovis, *&* θρέμματα, oves. *Exempla vide in Lexico Greco. Alii item* oves, grex, greges. *Reperitur etiam cum* א *tranſpoſito* לצאנכם pro gregibus veſtris, *Numer.* 31. 24. *&* צאן oves, greges, *Pſal.* 8. 8.

צאנן florens, proſperans, abundans, *vel* pecoroſus locus. לא יצאה יושבת צאנן *LXX.* οὐκ ἐξῆλθε κατοικοῦσα Σεννααρ, & non eſt egreſſa habitatrix Sennaar; *Hieronymus LXX. interpretationem referens melius legit*, non eſt egreſſa quæ habitat in Sennan; *& tamen Euſebius de locis Hebraicis ad hunc Michæa locum cap.* 1. *v.* 11. *reſpicient*, *legit* Σεννααρ; *Symmachus ab Hieronymo allatus Commentario in Micheam*, non eſt egreſſa habitatio abundans; *& in libro de locis Hebraicis*, Symmachus *uberem* interpretatur. *Locum illum Symmachi prætermiſimus ad Micheam*, *ibique reſtituendus*

eſt; *Vulgata*, non eſt egreſſa quæ habitat in exitu; *ubi* צאצן *ex* יצא exire *derivatur. Itaque* צאצן *Symmachus*, uberem *vel* abundantem; *Vulgata*, in exitu, *vertunt*; *LXX. vocem ipſam Hebraïcam quaſi nomen proprium exprimunt* Sennan; *Aquila vero* Σαναὰν ὁ πιθανῶν, Sanaon proſperans, *vel* abundans; *Theodot.* Σανιὼν, Sanion.

צב *Vide infra in* צבה

צבא *Chald.* velle, optare, cupere. *Frequenter in Daniele.*

צבו voluntas, *Chaldaïce per apocopen pro* צבוה *Dan. 6. 17.*

צבא militare, miniſtrare, turmatim concurrere, excubias agere; *Aquila*, στρατεύειν, militare, *vel* excubare, *aut* excubias agere, miniſtrare. *Num. 8. 24. & alibi. Vide in Lexico Græco. Theod.* λειτουργῶν, ſervire, miniſtrare, *Num. 8. 24. Symm.* παρίστασθαι, aſſiſtere, *ibidem.*

Hiphil, exercitum conſcribere, militem facere, המצבא exercitum conſcribens, 4. *Reg.* 25. 19.

צבא *Aquila, Symm.* στρατιὰ, exercitus. *Item Symm.* στράτευμα: & στράτευμα, exercitus. *Vide in Lex. Græc. Item S.* διακόσμησις, ornatus. *Pſal.* 32. 6. *Plurale conſtructum*, צבאי militiæ, exercitus.

צבא *Th.* λειτουργία, miniſterium, *Num. 8. 24. Sym.* παράστασις, *q. d.* aſſiſtentia. *Num. 8. 24. Incert.* στρατηγία, exercitus præfectura, *A. S. Th.* δυνάμεις, virtus. *Exempla vide in Lexico Græco infra.*

צבאות ſabaoth, *A.* στρατιῶν, exercituum; *S. Th.* δυνάμεων. *Item Incert. & LXX. ſæpe*, δυνάμεων, virtutum. *Eſt epitheton Domini Dei*, Dominus Sabaoth, Dominus exercituum, Dominus virtutum. *Exercitus autem ille accipitur ſæpe pro militia cœlorum, ſive pro ſtellarum exercitu, & multitudine.*

צבאות *S.* στρατιωτῶν, militum. *Pſal. 67. 13.*

צבה intumeſcere; *LXX.* φῦσαι, dirumpere. *Num. 5. 23. & ter in hoc capite. Forte* φῦσαι.

Hiphil, tumidum reddere: *hunc ſequens exemplum* reducere videtur *Aquila.* הצבי *A.* ἀνελίξαν, al. ἀνείξαν, ſollicite cura, 1. *Reg.* 1. 19. *ubi LXX.* στῆσαι, ſtatue, *vel* erige, *vel* ſignum erige, *quâ deducere videntur ex* יצב ſtare; *Vulgata*, conſidera; *Alii id quaſi nomen habent, & vertunt*, O decor.

צב tumidum, tumens, *metaphorice*, cameratum, coopertum. *Item* bufo, *vel* teſtudo; *LXX. vero* προκόδειλος ὁ χερσαῖος, crocodilus terreſtris, *Lev.* 11. 29. *S.* ὑπηρεσία, miniſterium, *Num.* 7. 3. צב *A.* καλυπτοφορεῖς, coopertus, *Num.* 7. 3. *Locus ſic habet*, שש עגלת צב *A.* ἓξ ἁμάξας καλυπτοφορεῖς, ſex vehicula cooperta; *S.* ἓξ ἁμάξας ὑπηρεσίας, ſex vehicula miniſterii; *Samarit.* ἓξ ἁμάξας δυνάμεως; *LXX.* ἓξ ἁμάξας λαμπαδικὰς, ſex vehicula lampenica; *Vul.* ſex plauſtra tecta. *Num.* 7. 3.

צבים lecticæ. בצבים *S.* ἐν λεκτοῖς, in lecticis; *Alii*, in curribus cameratis, *Heſai.* 66. 20. *ubi Aquila*, ἐν στεγαστοῖς, in tectis vehiculis; *LXX.* ἐν λαμπάσι, in lampenis, *quod eſt vehiculi genus.*

צבי *A. Th.* ἐνομασμένη, nominata, præclara, *Jerem.* 3. 19. *Alii* צבי decus, gloria, ornamentum; *A.* στέφανα, firmamentum, *Ezech.* 20. 6.

צבי caprea; *A. S.* בצבאות ἐν δορκάσι, in capreis, *Cant.* 2. 7. *Eſt vero plurale vocis* צבי *mutato* י *in* א *Plurale etiam* צבים capreæ, *& inſerto* א *alicubi* צבאים capreæ. *Reperitur quoque femininum* צביה caprea.

צבט porrigere. *Ruth.* 2. 14. *ubi LXX.* βυζεῖν, accumulare.

צבע pinxit, tinxit, coloravit, βάπτειν. *Eſt vox Chaldaïca.*

Pael, Chald. tingere.

Ithpeal item, tingere.

צבע βάμμα, tinctura. *Item*, color, verſicolor, coloratum.

צבעים *Aq.* ὑφῶν, hyænatum, 1. *Reg.* 13. 18. *ubi Theodotio vertit* δορκάδων, caprearum.

אצבע *Aq.* δάκτυλος, digitus, *Heſai.* 58. 9. *Plurale* אצבעות digiti. *Plurale Chaldaicum* אצבען *& emphatice* אצבעתא digiti.

כורה באצבעת *Symmachus*, δακτυλοδεικτῶν, digite monſtrans. *Prov.* 6. 13.

צבר congeſſit, coacervavit: ויצברו *Aquila*, συνέχωσαν, obruerunt. *Exod.* 8. 14. *ſecundum Hebræos v.* 10. *LXX.* συνήγαγον, collegerunt.

צברים acervi; *LXX.* βυσσοὶ, colles.

צבת צבתים manipuli, faſciculi. *Ruth* 2. 16.

צדא *Vide infra in* צדה

צד צדר *A. Symmach.* πλάγιον, latus; *Incert.* πλευρὰ, coſta; *A.* μέρος, pars, *Exod.* 37. 18. *LXX.* πλάγιον; latus. מצדו *S.* διὰ πλαγίου αὐτοῦ, a latere ejus, 1. *Reg.* 6. 8. *ubi LXX.* ἐκ μέρους αὐτῆς, ex parte ejus. *Plurale* צדים latera.

לצד *Chaldaïcè*; ad latus, adverſus, contra.

כצד *Chaldaïce*, a latere, ex parte, ratione, propter.

צדה *A.* μεθοδεύειν, inſidiari, machinari, *Exod.* 21. 13. *ubi LXX. vertunt*, ἑκὼν, voluntarius; *Alii*, quærere, venari; *Symmachus*, θηρᾶν, venati. *Particip.* צדה *S.* θηρᾶς venaris; *XX.* διαμένοις, ligas; *Vulg.* inſidiaris, 1. *Reg.* 24. 12.

Niphal, vaſtari.

צדיה induſtria, propoſitum; *LXX.* ἑκόντων, inſidiæ; בצדיק de induſtria.

הצדא *Chaldaïce*, num de induſtria? an certo conſilio? *Alii*, verúmne eſt? veréne? *Dan.* 3. 14.

צדק *Aquila, Symmac. Theod.* δικαιοῦσθαι, juſtificari, juſtum eſſe. *Exempla vide in Lexico Græco.*

Niphal, juſtificari.

Piel, δικαιοῦν juſtificare, juſtum aſſerere.

Hiphil, δικαιοῦν, juſtificare, abſolvere, juſtum pronunciare.

Hithpael, juſtificare ſe.

צדיק *Aquila*, ξανθὸν, flavum; *S.* φωτεινὸς, ſplendoris. *Levit.* 13. 36.

Hophal, *particip.* מצהב fulgens; *LXX.* φλογὸς, fulgens.

צהל *Aq. S.* χρεμετίζειν, hinnire. *Heſai.* 54. 1. *LXX.* βοᾶν, clamare.

Hiphil להצהיל *Sym.* φλέγειν, illuceſcere, ſplendere, *Pſalm.* 103. 15. *Sed legerit* והצהיב *ni fallor, vel* והצהיב *LXX.* ἱλαρύνει, exhilarare.

מצהלות hinnitus; *LXX.* χρεμετισμὸς, hinnitus.

צהר *Aq.* μεσημβρινὸν, feneſtra meridiana; *Sym.* ἔκφανσις, pellucidum; *Theod.* θυρὶς, feneſtra, *Gen.* 6. 16. *LXX. quaſi verbum eſſet, vertunt* ἐπισυνάγων, colligens.

צהר *Chaldeis eſt* lucere.

צהרים ſahoraim *A. S.* μεσημβρία, meridies. *Pſal.* 90. 6. *& alibi.*

יצהר *A.* φλογώδης, ſplendor; *S.* ἔλαιον, oleum; *Th.* λαμπρότης, ſplendor, *Zach.* 4. 14. *& Aquila* φλογώδης *etiam, Deut.* 7. 13. *in Append. Vide in nota ibidem.*

Hinc verbum in Hiphil, הצהיר oleum facere, *vel* exprimere: *futurum* יצהירו oleum exprimunt; *LXX.* ἀδίκως ἐνεδρεύσαν, injuſte inſidiati ſunt; *Vulg.* meridiati ſunt, *Job.* 24. 11.

צואה צוא excrementum. *Vide in* צוא

צואר *Vide infra in* צור

צוד *Symm.* ἀγρεύειν, venatu capere, *Pſalm.* 139. 12. *& alibi. Syrus*, θηρεύειν, venari, *Thren.* 4. 18. *S.* θηρᾶν

θηρᾶν, venari, 1. *Reg.* 24. 12.

Piel צודד *Sym.* θηρεύειν, venari, *Ezech.* 13. 18. *ubi LXX.* διαστρέφειν, evertere.

Hithpael, in viaticum ſumere. התצידנו *LXX.* ἐφοδιάσθημεν, viatico muniti fuimus; *Alii*, in viaticum ſumſimus, *Jeſ.* 9. 12.

צד venator. *Plurale* צדים *LXX.* θηρευταί, venatores, *ferem.* 16. 16.

צד *A. S.* ἐνεστισμὸς, cibaria, annona. *Exempla vide in Lexico Græco. Alii*, eſca, viaticum, commeatus.

צדה צידה viaticum; *Symmach.* σῖτος, cibus, eſca. *Pſal.* 131. 15. *Incert.* σιτομετρία, annona, *Gen.* 45. 21.

מצוד rete; *LXX.* ἰσχύρωμα, præſidium, *Job.* 19. 6.

מצודה venatio; *A.* ἰσχύρωμα, præſidium, 1. *Reg.* 22. 14. *& alibi*; *S.* πολιορκία, obſidio, *Pſal.* 65. 11. *Sym.* καταφυγὴ, refugium, 1. *Reg.* 23. 14. *& alibi.* במצודות *Aq. Th.* ἐν τοῖς ἰσχυροῖς, in munimentis, 1. *Reg.* 23. 19. *Th.* σπήλαιον, ſpelunca, 1. *Reg.* 23. 14. *Vide in* מצוד

מצודים *Sym.* ἐνατενίσματα, vallamentum, vallum; *LXX.* χώματις, aggeres; *Vulg.* munitiones, *Eccleſ.* 9. 14.

צוה *Piel*, ἐντέλλω, præcepit, *Omnes*, *Exod.* 40. 16. *& alibi. Exempla vide in Lex. Græc. Item S.* προστάσσειν, mandare, *Pſal.* 67. 29. *S.* ἐντάσσειν, præcipere, *Job* 36. 32. *Omnes aliæ interpretationes ad præmiſſas reducuntur.*

Pual, præceptum fuit.

צו *S.* ἐντολὴ, præceptum; *Th.* ἡυσταλία, dyſtalia, intemperies, morbus ſtomachi, *Heſai.* 28. 13. *ubi illud* צו לצו *S.* ἐντολὴ ἐπ᾽ ἐντολὴ, præceptum ad præceptum, *videlicet* ל *præpoſitum pro particula negativa* לא *habuit*; *LXX.* θλῖψις ἐπὶ θλῖψιν, tribulationem ſuper tribulationem: *Legerunt* צר לצר *nempe* ר *pro* ו *quod non infrequenter accidiſſe notamus in Præluminaribus*; *Th.* ἡυσταλία ἐπὶ ἡυσταλίαν, dyſtalia in dyſtaliam; *ſive* intemperies ſtomachi in intemperiem ſtomachi, *ac ſi legiſſet* צצ ſordes, *quam vocem ipſe paulo ante Heſai.* 28. 8. ἡυσταλίαν *tranſtulerat*; *Vulgata*, manda; remanda.

מצוה ἐντολὴ, præceptum, mandatum, *paſſim Omnes. Exempla vide in Lexico Græco. Plur.* מצות præcepta.

צוח vociferari, clamare; *LXX.* ὀλολύζειν, ululare, & βοᾶν, clamare.

צוחה clamor, vociferatio; *Sym.* κωκυτὸς; planctus, luctus. *Pſal.* 149. 14. *ubi LXX.* κραυγὴ, clamor; *Hieronymus*, ululatus.

צול צולה profundum, profunditas; *LXX.* ἄβυσσος, abyſſus.

מצולה & מצולת *Aquila*, *Symmachus*, βυθὸς, profundum. *Pſal.* 67. 23. *LXX.* βάθος, & βυθὸς, profundum; *ſemel* βόθυνος, fovea, & *ſemel* σκιὰ θανάτου, umbra mortis. *Plurale* מצלות profunda; & *cum* ו *in medio Holem poſtremo deficiente* מצולות profunda.

צום νηστεύειν, jejunare, *paſſim.*

צום *Aq. S. Th.* νηστεία, jejunium. *Zach.* 8. 19. *& alibi. Plurale* צומות jejunia.

צוף fluxit, effluxit, exundavit, ſupernatavit; *LXX.* ἐπιπολάζειν, inundare; & ἐπιρρεῖν, ſuperfundere.

Hiphil הציף exundare fecit; *LXX.* ἐπιπολάζειν, ſupernatare.

וצף *Aquila*, *Theodotio*, καὶ ἀλειφάλοιτον, & circumlinivit. 3. *Reg.* 6. 20. *Vide in* וצפה

צוף favus; *LXX.* κηρίον, favus. *Plurale* צופים favi.

צוק arctari, coarctari, arcte cohærere. יצוק *Sym.* ἐκκεχυμένος, effuſus erat, *Pſalm.* 40. 9. *LXX.* ἐστερέωσε, conſtituerunt; *Hieronymus*, infundebant.

Hiphil הציק arctare; angere, anguſtiis afficere, premere. יציק ἐπιχύσει, infundet; *Aquila*, *Deut.* 28. 53. *in Append. ubi LXX.* θλῖψαι, affliget; *Vulgata*, opprimet. הציקתני *Sym.* συγκαίει μὲ, comburit me, *Job* 30. 18. *ubi LXX.* ἀλίσκει, perdit, perire facit; *Vulg.* coarctat me.

Tom. II.

Hophal particip. מוצק anguſtatum.

צוק anguſtia. *Dan.* 9. 25.

צוקה anguſtia; *Aquila*, ἐπιχύσεις, inundatio, *Prov.* 1. 27. *ubi Theod.* κατάσπευσις, feſtinatio; *LXX.* πολιορκία, obſidio; *Alii*, coarctatio.

מצוק preſſura, anguſtia, ὀδύνη, vexatio; *Sym. Pſ.* 118. 143. *LXX.* ἀνάγκαι, neceſſitates, anguſtiæ. מצוק ſitus, conſtitutus. *Aq. Th.* συνεχόμενος, conſtrictus; *Symmachus*, στενοχωρούμενος, anguſtiatus. 1. *Reg.* 22. 2. *LXX.* ἐν ἀνάγκῃ ὤν, in neceſſitate conſtitutus.

מצוקה *Aquila*, συνοχὴ, coarctatio, *Pſalm.* 24. 17. *Plurale* מצוקות coarctationes, anguſtiæ.

מוץ anguſtum.

צור obſidere, arctare, coarctare, inimicum eſſe, hoſtiliter agere, premere. *Item* ligare, colligare. צרים *Particip. LXX.* ἐκπολεμοῦντες, obſident; *Alius*, πολιορκοῦντες, obſident; *Vulgata*, oppugnat, *Jud.* 9. 31. לצור *Reliqui*, πολιορκεῖν, obſidere; *LXX.* συνέχειν, comprehendere, 1. *Reg.* 23. 8: בצור *Symmach.* ἐμφράξωμεν, conſtringamus; *LXX.* διαγράψωμεν, deſcribamus, *ſive*, ſculpamus; *Vul.* compingamus, *Cant.* 8. 8. צור *Aq.* ἐκδῆσον, illiga; *Symm.* δῆσον, liga, *Heſai.* 8. 16. צורי *Symm.* πολιορκοῦντες, obſidere; *Vulgata*, obſide, *Heſai.* 21. 2. וצרתי עליך מצב *Sym.* καὶ χαράξω κατὰ σοῦ χάρακα, & circumvallabo contra te ſtationem; *LXX.* καὶ βαλῶ βέλη ἐπὶ σὲ χάρακα, & mittam contra te vallum; *Vul.* & jaciam contra te aggerem, *Heſai.* 29. 3. ותצר *Aq.* ἐλυπήθη, contriſtatus eſt; *LXX.* ἠλλοιώθη, afflictus eſt; *Th.* ἀνεῖτο, anxius erat, 1. *Reg.* 30. 6.

Niphal, obſideri.

Piel צורר ἐκδιώκειν, ligare, colligare. *Refertur ad* צרר *ubi vide.*

Pual item refertur ad צרר

Hiphil, premere, angere, anguſtiare, anguſtiâ afficere.

צר *Aquila*, ἀντίζηλος, æmulus, 1. *Reg.* 2. 32. *Th.* πολιορκοῦντες, obſidens urbes, *Heſai.* 59. 19. צרה ἀντίζηλος, *fœminin.* æmula. *Incert.* 1. *Reg.* 1. 6. *Plurale* צרים hoſtes. צר *Aquila*, *Symmachus*, *Theod.* στενὸς, arctus, anguſtus. *Exempla vide in Lexico Græco. Item Aq. Symmach.* θλῖψις, afflictio. *Exempla vide in Lexico Græco. S.* πολιορκία, obſidio; *Amos* 3. 11.

צרה *A.* ἀλαπωρεία, miſeria, *Sophon.* 1. 15. *Item* צרת anguſtia, & *emphatice* צרתה anguſtia. *Plurale* צרות anguſtiæ.

צר צור *A. Sym.* πέτρα, ſaxum *Jud.* 7. 25. *& alibi. A.* πέτρος, petra, *Exod.* 4. 25. *& alibi. Item A. S.* ἀκρότομος, præruptum, *Oſee* 9. 13. *& S. Job* 22. 24. *& Theodotio Exod.* 4. 25. צור στερεὸς, ſolidus, firmus; *Aq. Deut.* 32. 31. צר *S.* ψῆφος πετρίνη, calculus lapideus, *Exod.* 4. 25. *Th.* ἀκρότομος, rupes. *Alii*, acies, cacumen. צור *item ſæpe metaphorice accipitur pro* Deo, *& LXX. paſſim vertunt* θεὸς, Deus. צורים & צרים rupes. *Et formâ fœmininá* צרות rupes.

צירים *Th.* ὠδῖνες. *Alii*, dolores, cruciatus. *Vide infra in* צר

צורה forma; *Alii*, νόμιμα, legalia. *Reperitur etiam cum* ו *ut* צורם formam eorum. *Plurale* צורות formæ.

צואר *Aq. S.* τράχηλος, collum. *Cant.* 4. 9. *& alibi. Hic* א *per epenthefin inſertum creditur: nam dicitur etiam* צור collum. *Plurale conſtructum* צוארי colla.

צורן *A. Sym.* τράχηλος, collum. *Cant.* 4. 9. *Plurale conſtructum* צורני colla, *vel* collula: *nam putatur eſſe diminutivum quaſi blandientium.*

מצר *Vide infra in* צרר

מצור *Aq.* ἀσφάλεια, munitio; *S.* ἐπιτετειχισμένα, circumvallata, munita; *Symmachus*, πολιόρκια, obſidio, *Heſai.* 29. 3. *& alibi. Item*, munitio, propugnaculum, præſidium. *Fœmin.* מצורה munitio. *Plurale* מצורות munitiones.

צחר *LXX.* λάμπειν, fulgere; *Alii*, album & candidum eſſe, limpidum eſſe.

צח *Sym.* λαμπρὸς, ſplendidus. *Cant.* 5. 10. *& alibi. Alii*, albus, nitidus, ſerenus; *LXX.* λευκὸς, albus.

זח *LXX.* φῶς καύματος, lux ardoris; *Alii*, ardor ſerenus.

זחה arens, aridum.

צחות *S.* τραχὺ; clara verba. *Heſai.* 32. 4. *ubi LXX.* λάλιαν, pacem *loqui.*

צחזחת *Aquila*, λευκότητα, lævis petra; *Symmach.* καύσωνος ξηρότης, æſtûs ſiccitas, *Pſalm.* 67. 7.

צחצחות *ſecundum LXX.* deſiderabilia, καθάπερ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου, ſicut deſiderat anima tua; *Vulgata*, ſplendores. *Alii putant eſſe* ſiccitates, ſummam ariditatem.

צחנה צחנת putor, puttedo. *Joel.* 2. 20.

צחק *A.* γελᾶν, ridere. *Gen.* 18. 2.

Piel, irridere aliquem. *Incert.* ἐμπαίζειν, irridere, *Jud.* 16. 25. *Item*, ludere, illudere, colludere, jocari.

צחק riſus.

צחר צחורה alba, candida. *Plurale* צחורות *S.* φιλευόντων, ſplendentium *aſinarum. Alius*, λαμπυσῶν, ſplendentium. *Alius*, μεσημβρίας; meridiei; *ac ſi legiſſet* צהרים *Vulg.* nitentes; *Alii*, candidas *aſinas*, *Jud.* 5. 10.

ציה *Symm.* ἀτραφίας, ſiticuloſa, arida. *Pſalm.* 62. 2. *Alii*, ſiccum, aridum, ſiccitas, aridus locus; *Aq. S.* ἄβατος, *communis gen.* invius, invia. *Pſalm.* 77. 17. *Incert.* ἀνύδρου, inaquoſus. *Jerem.* 50. 12. *Plurale* ציות ſiticuloſa *loca.*

ציי *A.* τριήρους, triremis; *S.* ἐντολὰς, præceptum, *ac ſi legiſſet* צוי *LXX.* πλοῖα, navicula; *Alii*; navis, *Heſai.* 33. 21.

ציים *Aquila*, *Symmac. Theod.* νησί, Siin; *LXX.* θηρία, feræ; *Vulg.* beſtiæ, *Heſai.* 13. 21. *Item A. Sym.* Αἰθίοπες, Æthiopes; *itemque LXX. & Hieronymus*, *Pſalm.* 71. 9. *Alii*, feri, barbari populi, *vel* deſertorum locorum incolæ. *Item* fera animalia.

ציון aridus locus, *Heſai.* 25. 5. *Hinc putant dictum montem* ציון Sion, *ab ariditate loci.*

ציון ציין ſignum, monumentum ſepulcrale; *LXX. ſemel* σημεῖον, ſignum: *& ſemel* σκόπελον, ſcopulus.

ציים *S.* σκοπιαὶ, ſpeculæ, *Jerem.* 31. 21. *A.* σκοποὶ, ſpeculatores, *vel* ἐπίσκοποι, ſpeculatores; *Syrus*, σημεῖα, ſigna; *LXX.* Σιὼν, Sion; *Vulg.* ſpeculam.

ציץ *LXX.* ἀνθῶν, florere, *&* ἐξανθῶν, florere: *alibi* βλαστῶν, germinare.

Hiphil item florere, micare, emicare; *LXX.* ἐπιβλέπειν, reſpicere, proſpicere.

ציץ *A.* ἄνθος, flos. *Jerem.* 48. 9. *ubi S.* βλάστημα, germen. *Incert.* ὡραῖον, ſpecioſum, *Heſai.* 28. 1. *Plurale* ציצים flores. ציצים ἐκπτώσεις, excidentia, *Ab.* 3. *Reg.* 6. 18.

ציצת *A. Th.* κράσπεδον, fimbria; *S.* μέλλοι, coma, *Ezech.* 8. 3. *Alii*, cincinnus, peniculamentum, peniculaus ſilorum textus.

ציר *A.* τρητὸς, cardo, *Prov.* 26. 14. *Aq. Symmach.* ὄμφαξ, obex, *Prov.* 13. 7. *Th.* φύλαξ, cuſtos, *ibid. LXX. vero* ἄγγελος, nuntius.

צירים *Aq.* πρεσβευταὶ, legati; *S.* ἀπόστολοι, nuntii; *Theod.* ὅμηρα, obſides, *Heſai.* 18. 2. *S.* ἀγγελία, nuntium, *Amos* 1. 1. *& alibi Symmac.* κραταιὸν, fortem, validum, *Pſalm.* 48. 15. *ubi A.* χαρακτὴρ, character; *Symmachus forte legit* צור, *qua vox ſignificat*, στερεὸς, ſolidus, firmus, *& ex affinitate*, robuſtus, fortis. *Plurale* צירים legati. *Aliam ſignificationem vide ſupra in* צור

ציתו *Hiphil* דצית incendit, ſuccendit. בהציתו *Sym.* ἐκκαῆναι ἐμπρησθῆναι, *Pſalm.* 59. 2. quando incenſa *Syria*; *LXX.* ἐκκαῆναι ἐνεπρήσθη, cum ſuccendit; *Hieronymus*, quando pugnavit *adverſus Syriam*; *qui poſtremus videtur Aquilam expreſſiſſe. Licet enim Aquile interpretatio hujus loci non exſtet*; *Hieronymus qui Aquilam fere ſequitur in Pſalmis*, *ab aliorum interpretatione non deflexiſſet hoc loco*, *niſi Aquila duce. Itaque Symmachus & LXX. qui vertunt* ſuccendere, *ab hac radice deducunt*; *Hieronymus vero & forte Aquila ab Hiphil radicis* נצה *quod ſignificat*, pugnare, contendere, rixas movere. הנציתו *Incert.* ἐμπυρίσθητι, ſuccendite; *& Vulgata ſimiliter*, *Joſ.* 8. 8. *Convenit hæc radix cum* יצה

צלא *Chald.* oravit.

Pael participium Chald. מצלא orans erat, orabat. *Plurale* מצלין orantes.

צלה *Aq. S. Th.* ὀπτῆσαι, coxit, aſſavit, *& ſimiliter LXX. Heſai.* 44. 16.

צלי *Aq. Sym. Theod. LXX.* coctum, aſſum, *Heſai.* 44. 16.

צלול *A.* ἐγκρυφίας, ſubcinericius panis; *S.* κολλύρα, collyra; *Incert.* μαγὶς, magis, *genus placentæ*; *Alii* toſtum, torta, *Jud.* 7. 13.

צלח proſpere agere; proſperum eſſe, proficere, prodeſſe. *Item*, irruere, invadere, pervadere, tranſire: ותצלח *S.* ἐφήρμοσεν, irruit *ſuper eum ſpiritus Domini*; *LXX.* ἥλατο, inſiliit *in eum ſpiritus Domini*; *Alius*, κατεύθυνεν, direxit *eum*, proſpere egit *cum eo ſpiritus Domini*, *Jud.* 14. 6. ותצלח *Aquila*, ἐνῴκησε, inhabitavit; *Symm.* ἥρμοσεν, irruit; *LXX.* ἐφάλατο, inſiliit; *Theodotio*, ἐπέβη, advenit; *Vulg.* directus eſt *ſpiritus Domini*, 1. *Reg.* 16. 13.

Hiphil, proſpere agere, proſperum facere, ſecundare. יצליח *Symm.* εὐδοκήσει, proſperabitur, *LXX.* ἀγαπήσει, diligetur; *Vulg.* miſericordiam conſequetur, *Prover.* 28. 13. איש מצליח *A.* κατευθυνόμενος, proſpere agens; *S.* εὐοδούμενος, proſperos exitus habens; *LXX.* ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων, vir proſpere agens; *Syrus*, ἀνὴρ κατευοδούμενος, vir proſpere agens, *Gen.* 39. 2.

צלוחית *LXX.* ὑδρία, hydria; *al.* ὑδρίσκη, parva hydria; *Alii* ſcutella, paropſis.

צלוחית ſcutella, *vel* lebes; *LXX.* ἀλάβαστρος, alabaſter *vel* alabaſtrum; *al.* πύξιον, tabella. *Plur.* צלוחות ſcutellæ *vel* lebetes.

צלחת *Aquila*, μασχάλη, axilla; *Sym.* μάλη, axilla; *LXX.* κόλπος, ſinus, *Prov.* 19. 24. *Aq. S. Th.* μάλη, axilla, *vel* maxilla; *LXX.* κόλπος, ſinus, *Prov.* 26. 15. *Alii*, manica, *vel* ſinus.

צלל obumbrari, in profundum ire, tinnire, palpitare; *LXX.* βάθος, ſubmergi, *vel* profundum petere.

Niphal, נצל tinnire; *LXX.* ἠχεῖν, ſonare, tinnire.

Hiphil, הצל umbram facere, *vel* tinnire.

צל *Symm.* σκιὰ, umbra, *Pſalm.* 35. 8. *& alii*, *atque LXX. paſſim* σκιὰ, umbra. *Item S.* σκέπη, tegumentum, *Cant.* 2. 3.

צלל *item* umbra; *S.* ἀσφαράδες, furculi, *Job* 40. 17. *quia umbram faciunt. Plurale* צללים umbræ. *Huc referunt quidam* צאלים umbroſa, umbroſæ arbores.

צלל *vide paulo ante in* צלה

צלצל *A.* σκιὰ, umbra; *Alii*, umbroſa, denſa, *Heſai.* 18. 1. *ubi LXX.* πλοῖα, naviculæ; *Symmachus vero*, ἦχος, ſonus.

בצלצל דגים *S.* ἐν ἰχθυοφόροις, in naſſellis piſcium; *Alii*, in fuſcina piſcaria, *Job* 40. 26. *LXX. quemadmodum Symmachus*, πλοῖα ἁλιέων, naviculæ piſcatorum.

צלצל *LXX.* ἰοφόρα, rubigo, ærugo; *Alii*, locuſta; *Alii*, ſyderatio, *Deut.* 28. 42.

צלצלים *Incert.* κύμβαλα, cymbala, *Pſalm.* 150. 5. *Item S.* σημασίαι, ſignificationes, *id eſt*, *ſigna jubilationis cum inſtrumentis muſicis*, *ibid.*

צלמון tenebræ, caligo; *Alii pro nomine proprio habent* Tſelmon, *vel* Selmon *montem.*

צלמות *A S.* σκιὰ θανάτου, *Job* 24. 16. *& Pſal* 43. 20. *S.* συντρόφιλλα θανάτῳ, contectam morte, *Job* 10. 21. *Uterque duas diviſas voces conjunctas putavit* צל umbra, *&* מות mors: *Alii eodem modo interpretantur.*

מצולה *Aq. Th.* βυθὸς, profundum; *Symm.* περιπάτους σκίους, ambulacrum umbroſum, *Zach.* 14. 10. *Aquila*

& *Theodotio* e צול profundum, *derivatum putaverunt*; *Symmachus* e צלל *LXX. quos sequitur Vulgata.* χαλκὸν, æneum *vertunt.*

צלם εἰκὼν, imago, *Omnes*, *Gen.* 1. 26. *Reliqui Dan.* 2. 31. *Symmach.* ἀνδριὰς, statua, *Dan.* 2. 31. *Theodot.* εἴδωλον, idolum; *Amos* 5. 26. *Plurale conſtructum* צלמי imagines, idola.

צלמות *Vide in præcedenti radice.*

צלמון *Vide ibidem.*

צלע *Theodotio*, πλευρὰ, coſta, *Gen.* 2. 22. *Item* πλευρὰ, latus. *Incert.* 2. *Reg.* 16. 13. *LXX. item* πλευρὰ & πλαγὴ, latus, *itemque*, μέρος, pars. *Item* ſubſtructio, trabs ſubſtructionis. *Item* cella, cubiculum ad latus exſtructum.

צלע *S.* ἐκλῖναι, claudicare. *Pſalm.* 34. 15. & *alibi.*

צלע *A.* ἐκκλισὶς, claudicatio. *Pſalm.* 34. 15.

צלע claudicans.

צמא *Aquila*, *Symmach. Theod. LXX.* διψᾶν, ſitire. *Exempla vide in Lexico Græco.*

צמא *S.* διψῶν, *Pſalm.* 68. 22. & *alibi*; & διψᾶν, ſitis, *S. Pſalm.* 103. 11.

צמאון & צמאה *Idem.*

צמד *Niphal* נצמד jungere ſe, copulare ſe, conjugare ſe: *vel* jungi, copulari, conjugari. *Item* initiari. ויצמדו *Aq. Th.* ζευχθῆναι, jugati ſunt; *LXX.* ἐτελέσθησαν, initiati ſunt; *Vul.* initiatuſque eſt, *Num.* 25. 3. ונמצדים *A.* μυηθέντας, initiatos, *ſic Baſilienſis Codex Num.* 25. 5. *ſed Coiſlinianus longe antiquior*: *S.* μυηθῆναι, initiatos, & *huic lectioni ſtandum eſſe videtur, veriſimile quippe non eſt Aquilam qui paucis antea verbis & in eadem ferie* ויצמדו *verterat* ζευχθῆναι, jugati ſunt, *mox* נצמדים *vertiſſe* μυηθῆναι, *ubi ſeries eamdem quam prius interpretationem poſtulabat. Vide notam in Appendice*; *LXX. eodem loco*, τὸν τετελεσμένον, initiatum; *Vulg.* qui initiari ſunt.

Pual participium מצמדת *LXX.* ζευχθείσῃ, conjuncto gladio; *Alius*, ἀμφιμάχῳ, oblongo gladio; *Vul.* dependente, 2. *Reg.* 20. 8.

Hiphil, copulare, conjungere; *LXX.* ἐπισυνάψειν, connectere.

צמד *Symmachus*; ζεῦγος, jugum; *LXX.* δύο, duo, *Heſai.* 21. 7. *Item*, copulatio, copula, copulatum par animalium. צמד בקר par boum. *Plurale* צמדים paria, juga. רכבים צמדים equitantes binis. צמדי־גפן jugera vinearum.

צמיד copulatus, conjunctus; *LXX.* ἁρμὸς, vinculum, ligatura. *Item* armillâ; *LXX.* ψέλλιον, armilla. *Plurali.* צמידים armillæ.

צמח *Aquila*, ἀναφύειν, germinare, pullulare, *Heſai.* 42. 9. *Incert.* ἀνατεῖλαι, oriri, pullulare. *Jud.* 16. 22. *Item* florere.

Piel, germinavit.

Hiphil הצמיח *Sym.* ἐκλαμπάνειν; germinare facere. מצמיח ἐκλαμπάνων, *S. Pſalm.* 103. 14.

צמח *A.* ἀναφὴ, germen; *Sym.* βλάστημα, ſurculus, *Zach.* 6. 12.

צמה צמה *S.* κάλυμμα, operimentum; *Alii*, coma, crines. כבנד לצמחך *Symmac.* σκεπάσματι καλύμματι, tectæ operimento; *LXX.* ἐκτὸς τῆς σιωπῆς σου, extra taciturnitatem tuam; *Vulg.* abſque occultis tuis, *Cant.* 6. 6.

צמתך *A.* σεμμαθὶχ, Semmathech; *S.* τὸ σιωπηλόν σου, taciturnitatem tuam; *LXX.* καταπέτασμά σου, operimentum tuum; *Theod.* ζαμὶχ, *Heſai.* 47. 2. *ubi Vulg.* turpitudinem tuam; *Alii*, comam tuam.

צמים *Aq.* διψῶντες, ſitientes; *Symm.* διψῶν, ſitiens, *quaſi e* צמא; *Alii*, horridus; *Alii*, prædo, latro. *Job* 5. 5. *ubi Vulgatus interpres Aquilam & Symmachum ſequens* ſitientes *vertit.*

צמק areſcere, flaccеſcere.

צמקים uvæ paſſæ; *Aquila*, σταφίδες, uvæ paſſæ; *Symm.* ἐπίσημον σταφίδων, ligaturæ uvæ paſſæ, 1. *Reg.* 30. 12.

צמר ἔριον, lana. *Inc. Oſee* 2. 5. & *alibi. LXX. item* ἔριον, lana; *alibi*, πόκος, vellus, & *ſemel*, ἱμάτιον, veſtimentum.

צמרת *Aquila*, τὸ ἄκρον, cacumen; *Symmach.* τὰς καρδίας, corda; *LXX.* ἀρχὴ, principium; *Theodotio*, κεφαλὴ, ſcapus; *Alii*, calamum, ſurculum, *Ezechiel.* 31. 14. *Poſtremi derivatum putant a* זמר amputare, *commutato* ז *in* צ

צמת exſcindere. צמתתני *Aquila*, ἐξέλιπέ με, perdidit me, *Pſalm.* 118. 139. *ubi Symmach.* ἀπεσιώπησέ με, tacere me fecit; *LXX.* ἐξέτηξέ με, tabeſcere me fecit; *Hieronymus*, conſumſit me.

Niphal, exſcindi.

Piel, exſcindere; *Sym.* καταπονῆσαι, ſilentium imponere, *Pſal.* 87. 17. *ubi LXX.* ταπεῖνωται, conturbare; *Hieronymus*, opprimere.

Hiphil הצמית *Reliqui*, ἀφανίζειν, *itemque LXX.* diſperdere, diſſipare, *Pſal.* 93. 23. תצמית *Symm.* σιωπᾶν ποιεῖς, tacere facies, *Pſal.* 142. 12. תצמיתם *S.* σιωπᾶν σε; tacere fac; *Pſalm.* 53. 7. *ubi LXX.* ἐξολόθρευσον; diſperde.

צמיתות exciſio; *LXX.* βεβαίωσις, confirmatio.

צמת *S.* σιωπηλὸν, *vel* σιώπησις, taciturnitas, *Heſai.* 47. 2. *Vide ſupra in* צמתך

צנה defiliit, infixus eſt. ותצנח ἔλαθεν, penetravit, *Incert. Jud.* 4. 21. *LXX.* διῆλθεν, pertranſivit; *Vulg.* defixit.

צנום צנומה tenuis, gracilis, *Gen.* 41. 23. *ubi in Plurali* צנומות tenues, graciles; *LXX.* λεπτὰ, tenues; *Vulg. item*, tenues.

צנה צנה *Incert.* θυρεὸς, clypeus, 2. *Reg.* 17. 7. *Symm. LXX.* ὅπλον, telum; *Theod.* ἄρμα, hasta. צנות ἄρματα, *Th. Amos* 4. 2. *Incert.* πέλτη, pelta, *Ezech.* 38. 4. θώραξ, thorax, *Ezech.* 23. 24. *Alii*, clypeus, ſcutum, umbo. *Semel vero ex Chaldaica ſignificatione*, frigus, *Prov.* 25. 13. frigus nivis, *ubi LXX.* ἔξοδος χιόνος, exitus nivis. *Plurale* צנה clypei, & *aliâ ſignificatione*, aculei, hami.

צנים aculei; ſpinæ; *Prov.* 22. 5. *A. S.* ἔνοπλοι, armati; *Job* 5. 5. *ubi LXX.* κακὰ, mala.

צנינים aculei. *Num.* 33. 55. *LXX.* βολίδες, jacula.

צנע *Hiphil* הצניע humiliter & modeſtè agere; *Th.* ἀσφαλίζεσθαι, ſecure agere; *aut* cavere; *Quinta Edit.* φροντίζειν, curare. *Miſch.* 6. 8. *LXX.* ἕτοιμον εἶναι, paratum eſſe; *Vulg.* ſolicitum *ambulare.*

צנוע *Symmachus*, ἐπιμελὴς, diligens; *Th.* ἐπιμελὴς, æquus, *vel* modeſtus; *Alii*, m. deſtus, verecundus, *Prov.* 11. 2. *ubi in plurali* habetur צנועים *quod LXX.* ἔνοπλοι, humiles; *Vulg.* humilitas.

צנף circumvolvere, volutare, obtegere. יצנפך צנפה *Hæc apud LXX. confuſa ſunt, Vulg. ſic habet*, coronans coronabit te tribulatione.

צניף cidaris, *vel* tiara; *LXX.* κίδαρις, cidaris, & *alibi* διάδημα, diadema. *Plurale* צניפות tiaræ, cidares.

מצנפת *A. S. Th.* κίδαρις, tiara. *Exempla vide in Lexico Græco. Samarit.* סנינא, pileus, *Exod.* 28. 4. & *alibi. Incert.* μίτρα, mitra. & *Samar. Vide in Lex. Græco. Theod.* ὕψωμα, ſummitas, cacumen, *Exod.* 28. 39.

צנצנת urna; *Alii*, patopſis, ſcutella; *LXX.* ἔκπωμα χρυσοῦν, vas aureum.

צסך ציסך *Aq.* σοὰχ, Sinoch; *Hieronymus* Sinac; *S.* μόχλοις, vectis; *Syrus*, φρατὴ, carcer; & *Vulgata ſimiliter LXX. Th.* καταῤῥάκτης, catarrhactes; *Alii*, nervus, cippus, manica.

צער צער *A.* κρυσμὸς, ſcatebra; *S.* ἐπάλξεις, propugnaculum, 2. *Reg.* 5. 8. *Alii*, canalis, tubus; *LXX.* ὀχύρωμα, pugio; *Vulg.* ſiphones. *Plurale conſtructum*

צנורך *S.* τῶν κρηνῶν σου, fontium tuorum; *LXX.* τῶν καταῤῥακτῶν σου, cataractarum tuarum; *Alii*, canalium tuorum, *Pſalm.* 41. 8.

צנתרות *Symmach.* ἐπιχυτῆρες, infuſoria; *LXX.* ἐπιῤῥυτίδες, infuſoria, *vel melius* hauſtra; *Alii*, tuba fiſtulæ, *Zach.* 4. 12. *ubi notes dubium videri utrum apud LXX.* μυξωτῆρες, emunctoria, *qua vox paulo ſupra ponitur, potius referenda ſit ad Hebraicum* צנתרות *quam* ἐπιῤῥυτίδες.

צעד *Symmac.* βαίνειν, incedere, procedere. *Pſal.* 67. 8. *ubi LXX.* διαβαίνειν, tranſire. צעדו διεπορεύθησαν, inceſſerunt, progreſſi ſunt. *A.* 2. *Reg.* 6. 13.

Hiphil, ad incedendum pellere, inducere. והצעידהו *Aquila*, ἐπιβήσῃ αὐτῷ, invadet eum, *vel* ſuperveniet ei; *LXX.* χαλῶ δὴ αὐτὸν, & teneat eum; *Vulgata*, & calcet ſuper eum, *Job* 18. 14.

צעד *Aquila*, *Symm.* διάβημα, greſſus, proceſſus. 2. *Reg.* 5. 24. *A. S.* βῆμα, greſſus. 2. *Reg.* 6. 13. *Plur.* צעדים greſſus.

צעדה greſſus, inceſſus; *LXX.* συντριμὸς, concuſſio; *Rabbi Salomon* periſcelides; *Aben Eſra*, armillæ.

מצעדים greſſus.

אצעדה *Aquila*, πλάτιον, clanium, *armilla genus*, 2. *Reg.* 1. 10. *A.* βραχιάλιον; *al.* βραχίδιον, brachiarium, armilla. *Sed hanc poſtremam lectionem Coiſlinianus Codex Symmacho & Theodotioni tribuit. Heſai.* 3. 20. *LXX.* χλιδῶνι, murenula, *vel* armilla; *Alii etiam* periſcelides.

צעה peragrare, peregrinari, peregre agere; *LXX.* ἐν βίᾳ πορεύεσθαι, violenter incedere.

Piel Symmach. ταιῶν, *vel* σαιῶν, concatenare, *Jer.* 48. 12. *Alii*, peregre dùcere; *LXX.* κλίνων, inclinare, *vel* inclinare facere; *Vulg.* ſternere.

מצעצעים motiones. מעשה מצעצעים opus motionum; *LXX.* ἔργον ἐκ ξύλου ἀσήπτου, opus ex lignis imputribilibus; *Vulg.* operę ſtatuario.

צעף diſrumpi, diſſipari; *LXX.* σεισθῶσι, concuti, commoveri; *Alii*, volutari in terra.

צעף צעיף *LXX.* θερίστρου, theriſtrum; *Aliut*, παλλαδίου, ſpatharioſcus; *Alii*, peplum, *Gen.* 38. 14.

מצעצעת *Vide in* יעה

צעק *Sym.* κραυγάζειν, clamare. *Job* 19. 7. βοᾷν, clamare, vociferari. *S. Jud.* 10. 12. *& alibi. Sic item Alii*, clamare, exclamare, vociferari.

Niphal, convocari, conclamari.

Piel, clamare.

Hiphil, convocare; *LXX.* ἀναβοᾷν, ἀναγγέλλειν, annuntiare, præcipere.

צעקה clamor.

צער minui, exiguum fieri.

צער parvus, minimus; *Symmachus*, μικρὸς, parvus, *Zach.* 13. 7.

צעיר *Symm.* νέος, juvenis; *Th.* νεώτερος, junior, *Job* 30. 1. *& alibi. Item S.* μικρότατος, minimus, *Pſal.* 67. 28. *Plur.* צעירים *Aq.* βραχεῖς, breves, *Job* 30. 1. *& alibi. Alii*, minores, minimi, natu minores.

צעירה quæ minor eſt natu: *& ſubſtantive* minoritas, *vel*, minor ætas.

מצער exiguum, res exigua, paucitas.

מצעירה perparvum.

צפד adhærere, cohærere; *LXX.* πήγνυμι, agglutinari, adhærere.

צפה *Aq. Symm.* σκοπεύειν, ſpeculari. *Heſai.* 21. 5. *& Jerem.* 48. 19. *Symmac.* ἐπισκοπεύειν, explorare, *Pſal.* 65. 7. *Sym.* διαβλέπειν, introſpicere, *Jerem.* 48. 19. *S.* προβλεπτεύειν, prævidere, proſpicere, *Job* 15. 22. אצפה ἐπισκεπτεύσω, conſiderabo, *Incert. Pſalm.* 5. 4. וצפו *A.* σκοπευταὶ αὐτοῦ, ſpeculatores ejus, *Heſai.* 50. 10. *ubi Symm. Th:* οἱ σκοποὶ αὐτοῦ, ſpeculatores ejus; *LXX.* ἴδετε, videte. *Maſſoreta notant legendum eſſe* וצי ſpeculatores ejus, *atque ita legerunt Aquila, Symmachus & Theodotio*; *LXX. vero legerunt* וצר *ut hodieque habetur in Bibliis.*

Piel, obtegere, obducere; *LXX.* χρυσῶν & καταχρυσῶν, deaurare. *Aliquando etiam* inueri, reſpicere.

וצף obductio, tectorium; *LXX.* περίθημα, obductio, circumpoſitio.

צפה coronamentum.

צפיה ſpeculatio.

צפית ſpeculatio, ſpecula.

מצפה *Vide in* נצף

מצפה ſpecula; *Symmachus*, πλατεῖα, platea; *Aq.* ἐπίσκεψις, ſpeculatio, *Oſee* 5. 1. *Item* σκοπιά, ſpecula; *Incert.* 1. *Reg.* 22. 3. *Item*, σκοπὸς, ſpeculator, *Sym. Deuter.* 18. 64. *in Append. Eſt item nomen proprium loci* Maſpha.

צפיה ſpeculatio, circumſpectio accurata; *ſive etiam adverbialiter; quaſi dicas* circumſpectiſſime; *LXX.* ἐπισκεπτόμενον.

צפצף *Vide infra in* נצף

צפח צפחת *Aquila*, ἄγγος, vas, *Symmac.* νυκτέτευτον; nocturnum poculum; *Alii*, lecythus, 1. *Reg.* 26. 11. *Incert.* καμψάκη, campſaca, *vaſis genus*, 3. *Reg.* 17. 12. *A.* λακυθία, lecythus, 3. *Reg.* 17. 12. *LXX.* φακὸς, lenticula, *&* καμψάκης, campſaces.

מצפחת *Aquila, Symm.* ἀμυλοῦς, laganum, placenta. *Exod.* 16. 31. *LXX.* ἐγκρὶς, placenta ſimilæ.

צפן *Aq. S.* κατακρύπτειν, abſcondere, *Cant.* 7. 14. *& A. S. Th.* κρύπτειν, abſcondere. *Exempla vide in Lexico Græco. S.* σκεπάζειν, occultare, tegere, *Exod.* 2. 2. *Aquila*, συγκρύπτειν, abſcondere, *Proverb.* 10. 14. מצפן ἐγκεκρυμμένος, abſconditi, *Aq. Theodotio*, *Job* 20. 26.

Niphal, *Aquila*, *Theodotio*, κρύπτεσθαι, abſcondi, *Job* 15. 20.

Hiphil, abſcondere; *LXX.* κρύπτειν abſcondere.

צפן *A. S. Theod.* βορέας & βορρᾶς; Aquilo. *Exempla vide in Lex. Græco ad illas voces. A.* ἀπηλιώτης, ſubſolanus, *Jerem.* 25. 26.

צפוני Aquilonaris.

צפון reconditum, res recondita; *S.* ἀπόκρυφον, abſconditum, *Pſ.* 82. 4.

צפון *S.* ἀπόθετον, depoſitum. *Pſal.* 16. 14. *ubi Maſſoreta notant legendum eſſe* צפון

צפנת טמנת *A.* Ἐμφανῆ, *mendoſe, ut videtur*; *Sym.* Ἐφαπτὰ; *Syrus*, εἰδὼς τὰ κρυπτὰ, occultorum gnarus; *LXX.* ψευθομφανὴχ. *Alius*, ᾧ ἀνακαλύφθη τὸ μέλλον, cui revelatum eſt futurum. *Gen.* 41. 45.

מצפונים abſcondita, *Abdiæ, verſu* 6.

